humiles deo: in cuius cōspectu p̄ſiteantur qđ sunt: atq̄ impetrato adiutorio possint esse qđ nō sunt. Nam etiā peccata ignorantie vel negligentie meli⁹ accusant vt peant q̄ excusant vt maneāt: meliusq̄ purgāt in uocato deo: q̄ firmantur irritato deo. Ad iungit tñ non s̄m eorū infidelitatē deum fecisse. Et saluauit eos: inq̄t: p̄pter nomen suū: vt notā faceret potentiaz suā. Nō p̄p̄ vlla bona merita eorū. Et increpauit mare rubrū: z exiccatus est. Non legim⁹ vllā qua increparet mare emissam celitus vocē: s̄ potentia diuinam qua id factū est increpationē appellauit: nisi si forte quis dicat latenter increpatū: sic vt aqua posset audire: z hoies non possent. Valde occulta z obstrusa vis est: qua de⁹ agit: vt etiam illa q̄ sensu carent: confestim eius obtempēt volūtati. Et eduxit eos in abyſſis sicut in deserto. Abyſſos dixit multitudinē aquarū. Itaz qđā volētes istum versiculum totū interpretari: dixerūt: Et eduxit eos in aq̄s multis. Quid est ḡ i abyſſis sicut in deserto: nisi quia aruerat siccitate velut desertū: vbi fuerāt abyſſi aq̄rum: Et saluauit eos de manu odientū. Hunc vsum p̄ circuitū qđā interpretati sunt: vba minus latina vitantes: Et saluos fecit eos de māu eorū q̄ oderāt eos. Et redemit eos de manu inimici. Quid precij datum est in hac redēptione: An p̄phetia est quod in figura baptismi s̄ factus ē: vbi redimimur de manu diaboli magno p̄cio quod sanguis est christi: Vñ non quocūq̄ mari: sed mari rubro id conuenientius figuratū est. Sanguis enim rubruz colorē habz. Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit. Non ex omnibus egyptiis: sed ex eis qui p̄sequebant̄ p̄fectos: apprehendere vel interimere cupiētes. Et crediderunt in verbis eius. Adinus latia videtur locutio: quia nō ait verbis ei⁹: vel in verba ei⁹: sed in verbis eius: tñ scripturis vsitatissima. Et laudauerunt laudem eius. Tales sunt locutiones cuz dicimus: Hāc seruitutē seruiuit: talem vitaz vixit. Laudem porro dei nonissimam illam cōmemorat vbi dicit̄: Latenus domiuo: gloriose enī magnificat⁹ est: Equū z equitem diecit in mare. Cito fecerūt: oblitū sunt operū eius. Alij codices itelligibili⁹ h̄nt: festinauerūt: oblitū sūt opm̄a. Nō sustinuerūt p̄silū ei⁹. Bebu-

Alia lfa
t increpuit

Alia lfa
t eduxit

Alia lfa
ari mari ru

Alia lfa
t non habet

erunt enim cogitare tanta erga se opa dei non esse inania: sed vacare ad aliquam sine fine felicitatem: quam per patientiam sustinenda est: sed festinauerunt beati fieri temporalibus rebus: quam ideo nemini conferunt veram felicitatem: quia non extinguunt insatiabilem cupiditatem. Qui enim biberit inquit ex hac aqua sitiet iterum. **Benignus.** Et concupierunt concupias in deserto: et temptauerunt deum in inaquoso. Quod est in deserto: hoc repetitum est in inaquoso: id est in loco sine aqua: Quia vero concupierunt concupiam: hoc temptauerunt deum. Talis sane locutio est concupierunt concupiam qualis superior laudauerunt laudem. Et dedit eis petitionem ipsorum. Id est quod petitione petierunt. Et misit saturitates in auras eorum. Nec ideo beatos fecit: quia non erat illa saturitas: de qua dicitur: Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam: quam ipsi saturabuntur. Itaque hoc loco auras si secundum id quod rationalis est dicitur: sed secundum id quod aians corpus animal dicitur. Ad cuius animal sustentationem pertinet cibus et potus: secundum hoc quod in euangelio dicitur. Nonne anima plus est quam esca: et corpus plus quam vestimentum: Tanquam ad animam pertineat vesci: ad corpus vestiri. Secundum hoc dicitur apud Esaiam. Quid est quod ieiunauimus: et non vidisti: defraudauimus animas nostras: et nescisti. Et irritauerunt Moyses in castris: Aaron sanctum domus. Quam dicat irritationem: vel sicut expressius alij interpretati sunt amaricationem: sequentia satis indicant. **Apta est terra et deglutit dathan: et opuit super aggregationem abyron.** Quod est deglutit: hoc est superoperuit. Ambozum autem: id est dathan et abyron una erat causa superbissimi et sacrilegi scismatis. **Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma cobussit peccatores.** Non est hoc nomen in scripturis visitatum eorum: quia licet iuste ac laudabiliter uiuant: non sunt sine peccato. Magis enim sicut interest inter irridetes et irrisores: inter murmurantes et murmuratores: inter scribentes et scriptores: et cetera similia: Ita scriptura peccatores appellare consuevit valde iniuriosos et gradibus peccatorum sarcinis oneratos. **Et fecerunt vitulum in orebus: et adorerunt sculptile.** Et mutauerunt gloriam suam: in similitudine vituli comedentis fenulum. Non autem in similitudinem: sed in similitudine. Talis est locutio qualis illa ubi ait: Et crediderunt in verbis eius. Eleganter sane non ait: Et mutauerunt gloriam dei: cuius hoc

fecerunt: sicut etiam apostolus loquitur: Et imutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: sed gloriam suam dixit. Deus enim erat gloria eorum: si eius sustinerent primum et non festinarunt: cui dicitur. Gloria mea et exaltans caput meum. **Ista gloria suauis id est deum mutauerunt in similitudine vituli comedentis fenulum: ut ab eo comederent a quo comedunt qui sapienter secundum carnem.** **Dis enim caro fenulum.** **Obliti sunt deum qui saluauit eos.** **Quo saluauit eos: Qui fecit magna in egypto: mirabilia in terra cham: terribilia in mari rubro.** **Que sunt mirabilia: ipsa sunt terribilia.** Nulla quippe admiratio est sine quadam formidine: quibus ista etiam hinc terribilia dici poterunt: quod aduersarios affligerunt: et istis quod deberent timere monstrarunt. **Et dixit ut disperderet eos.** **Quia obliti sunt eum qui saluauit eos faciens mirabilia et magna: et fecerunt et adoraueunt sculptile.** **Hoc utique tam inanimatum scelere et incredibili pietate digni fuerunt qui periret.** **Bixit autem ut disperderet eos.** **Si non Moyses electus eius stetit in confectione in conspectu eius.** **Non ita dixit stetit in confectione: quasi ut frangeret iram dei: sed in confectione: id est in plaga quam erant illi ferendi: id est nisi obiecit seipsum pro eis dicens: Si dimittis illud peccatum dimitte: sin autem dele me de libro vite.** **Ubi demonstratum est intercessio scilicet: quantum pro alijs valeat apud deum.** **Securus enim Moyses de iusticia dei qua eum delere non posset impetrauit misericordiam: ne illos quos iuste posset delere daret: Ita stetit in confectione in conspectu eius.** **Ut auerteret iram eius ne disperderet eos: et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.** **Sed nunquam viderant eam: Quod ergo pro nihilo quam non viderant habuerunt. nisi quod sequitur.** **Non crediderunt in verbis eius.** **Profecto nisi terra illa significaret aliquid magnum: que terra dicebatur fluens lac et mel: pro quod visibile sacramentum ad inuisibilem gratiam regnumque celorum duceret eos qui mirabilia eius intelligebant: nullo modo isti culparentur: quia pro nihilo habuerunt terram desiderabilem: cuius temporale regnum etiam nos pro nihilo habere debemus: ut hierusalem liberam nosram quam in celis est vere desiderabilem diligamus. Sed potius hic infidelitas eorum merito redarguitur: quia in eo quod terram desiderabilem pro nihilo habuerunt: verbis dei non crediderunt pro quadam parua diuinitate ad magna: et festinantes beati temporalibus**

Etia ha
t non habet
t verbo

rebus que sunt in carne...
sicut super dicitur...
inimur ab ipso...
no et audierunt...
et eos a memore...
eleuauit manum...
pferret eos in...
neret semetipsum...
disperdet eos in...
quod dicitur quod...
tercesserunt: cum...
nis adiuuaret...
pbeget. Et...
Et in...
uentionibus...
uicis riuus...
uauerunt...
desiderant...
has...
in...
in...
pauerunt...
canon...
trahit...
cunt...
las...
derit...
is...
terse...
ur...
in...
interuenit...
esse...
no...
illa...
tanquam...
et...
to...
voluit...
no...
dei...
pica...
pca...
nes...
tio...
docet...
posita...
Ram...
um...
generatione...
dicitur...
penam...
qui...

rebus q̄s fm carnē sapiebāt: nō sustinuit
 (sicut supradictum est) cōsiliū eius. Et
 murmurabāt in tabernacul' suis:
 nō exaudierūt vocem dñi. Vehemē
 ter eos a murmurandē phibentis. Et
 eleuauit manū suā sup eos vt
 p̄sterneret eos in deserto. Et vt de
 iiceret semē eorū in nationibus: ⁊
 disperderet eos in regionib'. Hic autē
 q̄ diceret qd̄ tāte indignationi dei q̄sq̄ in
 tercesserit: eumq̄ aliq̄ mō placauerit: secu
 tus adiunxit. Et initiati sunt beel
 p̄hegor. Id est idolo gentiū cōsecrati.
 Et manducauerunt sacrificia mor
 tuorū. Et irritauerūt eum in adin
 uentionib' suis: ⁊ multiplicata est
 in eis ruina. Tāq̄ ad h̄ distulerūt qd̄ le
 uauerat manū suā sup eos p̄sternēdos in
 deserto: ⁊ deiiciendū semē eorū in nationi
 bus: ⁊ dispergendos eos in regionib': vt da
 ti in reprobū sensū: etiā illud admitterent
 in quo immaniore crimie euidenti iusticia
 punirent: quemadmodū dicit ap̄ls: Et si
 cut nō pbauerūt deū habere in noticiam:
 tradidit illos de' in reprobā mentē: vt fa
 ciant q̄ non cōueniūt. Beniq̄ tñ fuit sce
 lus eorū q̄ consecrati sunt idolo: ⁊ come
 derūt sacrificia mortuorū: id est q̄ mortu
 is hoib' tāq̄ dñs sacrificabāt gētes: vt ali
 ter se placari de' nollet: nisi quō euz placa
 uit p̄hinees sacerdos: q̄ masculū ⁊ femīaz
 in complexu adulterino dephensos parit̄
 interemit. Qd̄ si odio eorū nō dilectiōe fe
 cisset: dū eum comederet zelus dom' dei:
 nō ei reputaret ad iusticiā. Hoc enī factō
 illū pplm cuius futur' erat maior interu'
 tanq̄ vnū hoīem: q̄si v̄ga pcussit: vt aiām
 ei' saluaret a morte. Leniorē q̄dem reuela
 to testamēto nouo dñs Iesus christus eē
 voluit disciplinā: sed atrocior est cōmina
 tio gehenne: quā tunc in ill' cōminatōib'
 dei p̄ tpm dispensatiōe nō legim'. Multi
 plicata est ḡ in eis ruina: cū p̄ suis ḡuib'
 pctis grauer vastaret. Et stetit p̄hi
 nees ⁊ placauit: ⁊ cessauit quassa
 tio. Breuiter totū dixit: q̄ nō h̄ nesciētes
 docet: s̄ cōmemorat sciētes. Quare autē h̄
 posita est quassatio: hec supius cōfractio.
 Nam in greco vnū v̄bū est. Et reputa
 tum est ei in iusticiā in generatiōes
 ⁊ generationē vsq̄ in sempiternū.
 Deus h̄ reputat sacerdotio suo in iusticiā:
 nō solum q̄ diu generatio est: s̄ vsq̄ i sem
 piternū: qui cor scrutat ⁊ nouit apprehen

dere quanta id factum sit ppli in caritate.
 Et irritauerūt eum ad aquā p̄tra
 ditionis: ⁊ vexatus est Moyses
 p̄pter eos: q̄ exacerbauerūt sp̄m
 eius. Et distinxit in labijs suis.
 Quid est distinxit: Quasi illud non posset
 deus facere: q̄ tanta iam fecerat: vt aq̄ de
 petra p̄flueret. Bubitant enī petram v̄ga
 pcussit: ⁊ ideo h̄ miraculuz distinxit a cete
 ris miracul' in q̄bus nō dubitauerat. Hic
 offendit: hic audire meruit vt mozeret ne i
 traret in terrā p̄missionis. Perturbat' enī
 murmure ppli infidel: non tenuit fiduciam
 q̄lem debuit: Cui tñ deus tāq̄ electo suo
 etiam post mortē eius bonum phibet testi
 moniū: vt intelligam' illā fidei eius turba
 tionem: hac sola pena fuisse correctam: qd̄
 i eā terrā ad quā pplm ip̄e ducebat: nō ē p̄
 missus intrare. Absit autē vt eū credamus
 alienatū a regno gr̄e dei: qd̄ significabat il
 la terra p̄missionis v̄n lac ⁊ mel defluere
 dicebat. Hoc est enī poti' testamētū eter
 num: qd̄ disposuit ad Abraam: nō fm car
 nem p̄rem n̄m: s̄ fm fidem. Illi autē de q̄z
 iniquitatibus iste loquit psalmus: cū in il
 lam tp̄alem terrā rep̄missionis intrasset.
 Nō disp̄diderunt gentes quas di
 xit dñs illis. Et cōmixti sūt inter
 getes: ⁊ didicerūt opa eorū ⁊ h̄ue
 runt sculptilibus eorū: ⁊ factus est
 illis in scādalum. Illud qd̄ eas nō dis
 perdiderūt: sed eis cōmixti sunt: factus est
 illis in scādalu. Et immolauerūt fi
 lios suos ⁊ filias suas: demonijs.
 Et effuderunt sanguine innocen
 tem: sanguine filiorū suorū ⁊ filia
 rum suarū: quas sacrificauerūt scul
 ptilibus chanaan. Immolasse filios
 suos ⁊ filias suas demonijs ⁊ idol: nō eos
 illa narrat historia. Sed neq̄ iste psalmus
 mentiri p̄t: neq̄ p̄phete q̄ h̄ dicunt in multis
 increpationū suarū locis: Habuisse v̄o istā
 p̄suetudinē gētes: nec eaz l̄re tacuerūt. S̄
 qd̄ est qd̄ seq̄t. Et interfecta ē terra i
 in sanguib'. Putarem' hic scriptor' er
 rorē eē: atq̄ dicerem' p̄ eo qd̄ ē infecta: fe
 cisse infecta: nisi haberem' b̄nificiū dei: q̄
 scripturas suas in multis liguis esse voluit:
 atq̄ ita esse scriptū: Interfecta ē tra in san
 guinib': inspectis grecis codicib' videre
 mus. Quid ē ḡ: Infecta ē terra: nisi h̄ re
 ferat ad homies qui habitabant in terra:
 tropica locutiōe: qua significat p̄ id qd̄ cō
 tinet: id qd̄ continet: sicut dicimus malaz

Alia fra
 murauit

Alia fra
 comederūt

domū in q̄ mali habitāt: z bona in q̄ boni. Ipsi nanq̄ interficiebāt aīas suas immolādo filios suos: z effundēdo sanguinez parvulorū a consensione illius sceleris alienorum. Un̄ dictū est: Effuderūt sanguinē in nocentem. Ergo interfecta est terra in sanguinib⁹. **Et contaminata est in operibus eorū.** Cum ipsi interfecti sunt i aīa z contaminati in opibus suis. **Et fornicati sunt in adinventionibus suis.** Has dicit adinuentōes q̄s greci ἐπιτηδεύματα appellat. Nam h̄ v̄bū est in codicibus grecis: z hoc loco z supius vbi dictū est: Irritauerūt eū in adinventionib⁹ suis. **Cuz z illic z hic eas dicat adinuentōes in q̄bus alios imitati sūt.** Nō itaq̄ sic dictas arbitremur adinuentōes: q̄si ab ip̄is institutas: nullo in alijs p̄cedente qd̄ imitarentur exemplo. Unde alij interptes n̄ri: non adinventiones: s̄ studia. Alij v̄o affectiones vel affectatōes: alij voluptates dicere maluerūt. Et idē ipsi qui dixerūt adinuentōes: alio loco studia posuerūt. Hoc ē qd̄ cōmemorare voluit: ne q̄stionē faceret nomen adinuentōis in ea re quā nō a seip̄is excogitauerūt: sed alios imitati sunt. **Et iratus est furore domi⁹ in populo suo.** Noluerūt quidam interptes n̄ri iraz ponere: in eo qd̄ grecus habz θυμῶς: sed q̄dam iraz posuerūt: q̄dam v̄o indignationem: q̄dam animū interpretati sunt. Quodlibet aut̄ horū dicat: perturbatio nō cadit in deum: sed de cōsuetudine translatus potentiam vindicandi h̄ nomen accepit. **Et abominatus est hereditatem suā.** **Et tradidit eos in manus gētū: z dominati sunt eorū q̄ oderūt eos.** **Et tribulauerūt eos inimici eorū: z humiliati sunt sub manib⁹ eorū.** Quādo eos hereditatē dei vocavit: manifestum est qd̄ non ad pditionē: s̄ ad disciplinā eos abominat⁹ ē: z tradidit eos i man⁹ inimicorū. Beniq̄ sequit. **Sepe liberauit eos.** Ipsi aut̄ exacerbauerūt eū in consilio suo. Hoc est qd̄ supius ait: Non sustinuerūt cōsiliū ei⁹: Perniciosum enī est cōsiliū hoīs ip̄i homi: quo ea querit que sua sunt: nō q̄ dei sunt. In cui⁹ hereditate qd̄ ip̄e nobis est: cū ad fruendū se prebere dignat⁹: nullas patiemur cū sancti societatis angustias: dilectione rei n̄re quasi puante. Gloriosissima q̄ppe illa ciuitas adeptā p̄missam hereditatē: in q̄ null⁹ morietur: nullus oriet⁹: nō habebit ciues q̄ singu-

Alia Ista
tp̄m suum

li gaudeāt suis rebus: qz de⁹ erit oīa in omnibus. Cui⁹ societate quisq̄s in hac pegrinatione fideliter z flagrant desiderauerit: assuescit puatis p̄ferre cōmunia: nō sua q̄rendo: sed q̄ Jesu christi: Ne sibi sapiens: z sibi cōsulens exacerbet deū consilio suo: s̄ sperans: qd̄ nō videt. Nō festinet de his que vident fieri beatus: atq̄ illud eternuz qd̄ non videt patient expectans: ei⁹ in p̄missionib⁹ sequat cōsiliū: cuius in tēptationib⁹ p̄cat auxiliū. Ita erit z humil in cōfessionibus suis: ne fiat istorū siml de quibus dicit. **Et humiliati sunt in iniquitatibus suis.** Deus tñ plenus misericōdia nō neglexit eos. **Et vidit cū tribularentur: cū audiret orationē eorū.** **Et memor fuit testamēti sui: z penituit eum h̄m multitudinem misericordie sue.** Penituit dictū est: qz mutauit qd̄ eos pdituros videbat. Et apud deum q̄dem disposita z fixa sunt oīa. Nec aliud facit q̄si cōsilio repentino: quod non ex eternitate se facturū esse p̄sciuit: s̄ si creature tp̄alibus monb⁹ quā gubernat mirabiliter ip̄e nō tp̄alif motus: quasi repentiā voluntate facere dicit: qd̄ ordinatis rerum causis cōsiliū sui secretissimi immutabilitate disposuit: qua suis queq̄ tp̄ibus agnita agit: ita z p̄sentia facit: z futura iā fecit. Et ad hec q̄s idone⁹: Audiam⁹ itaq̄ scripturam humilif excelsa dicentē: Cū z paruulis nutriendis sumenda porrigit: z maioribus exercendis p̄scrutanda p̄ponit. Et vidit cū tribularent: cū audisset orationē eorū: z memor fuit testamēti sui: Utiq̄ testamenti eterni: qd̄ disposuit ad Abraam: nō veteris qd̄ abolef: sed noui qd̄ etiā in veteri abscondit. Et penituit eū h̄m multitudinez misericōdie sue. Hoc fecit qd̄ disposuerat: s̄ cōtribulatis z orantib⁹ se id̄ p̄cessuz esse p̄sciuerat: qz z ip̄a oratio eorū: cū ad huc n̄ esset: sed futura esset: deū p̄culdubio nō latebat. **Et dedit eos in misericordias.** Ut essent nō vasa ire: s̄ vasa misericordie. Ideo aut̄ puto pluralif misericordias dictas in q̄s eos dedit: qz vnusq̄sq̄ p̄p̄riū donū habet a deo: alius sic: ali⁹ aut̄ sic. Dedit ā eos in misericōdias. **In conspectu oīm q̄ cepant eos.** Age nunc q̄lq̄s hęc legis: z gr̄am dei qua in eternā vitaz p̄dñm nostrū Jesum christū redimimur: legēdo in aplicis l̄ris: in p̄p̄heticis aut̄ scrutādo cōḡscis: z vet⁹ testamētū i nouo reuelatū: in veteri nouū velatū vides: **Recole**

Alia Ista
fct audiat

quē dicitur ap̄ta p̄dicitur
aeris qui opatur in h̄is
vbi ait de quibusdā: v̄t
h̄ lacus caputū ad ip̄o
luntatē: z v̄t d̄i n̄ri
cū expellēs de h̄c d̄i
cep̄s h̄i m̄d̄i m̄l̄s
ap̄l̄ d̄ic̄: Quī erūt n̄ri
beāt̄: z n̄r̄i n̄ri
Hec atq̄ h̄m̄d̄i
animū: z in l̄t̄as
de q̄d̄ cantet in eo
dom̄s ed̄ic̄at p̄st̄ cap̄
d̄: Cāt̄e d̄i c̄m̄c̄
mes ad iud̄e p̄st̄
tate inq̄ d̄i oīa
cite nomē eius: un̄
cite: imo v̄p̄m
est tranf̄r̄i cū
eue. Hec
annūc̄at d̄e
h̄m̄d̄i: s̄ p̄t̄e. Hec
r̄e: q̄ d̄ic̄at
d̄ic̄at: s̄ d̄e
p̄m̄d̄i: q̄ d̄ic̄at
d̄ic̄at: s̄ d̄e
quom̄ā om̄es
inimici cum
nebant popu
redimimur: z
ed̄ic̄at: s̄ d̄e
angl̄ans ē
v̄t nouū
eue veniens
z eis qui
z ad d̄ic̄at
ouit: v̄t
d̄e: v̄t
qz nō
est dei. In
eos. H̄
caputauerāt
gloriā: a
qui dom̄m
cū: f̄d̄es
pugnāt: nō
v̄t turrim
m̄e oppug
nates reliquas
m̄e nobis
que: ne nos
v̄t nos a malo.
p̄m̄d̄i d̄i christi

quē dixerit ap[osto]lus Paulus p[ri]ncipem p[ar]tē
aeris qui opatur in filijs infidelitatis: et illō
vbi ait de quibusdā: vt respiscāt de diabo
li laqueis captiuitati ab ip[s]o s[ecundu]m ipsius vo
luntatē: et verba d[omi]ni nostri Iesu ch[ri]sti vbi
eū expellēs de fidelū cordib[us] ait: **Hūc p[ri]n
ceps hui[us] mūdi missus est foras: et ip[s]i[us] in dē
ap[osto]li dicēt: Qui eruit nos de potestate tene
brarū: et trāstulit in regnū filij caritatis sue.**
**Hec atq[ue] huiusmodi ratiocinatijs intēde
animū: et in litteras veteris testamēti: et vi
de qd cantet in eo psalmo cui[us] ē titulus qm
domus edificabat post captiuitatē. Ibi. n.
di: Cātate d[omi]no canticū nouū. Et ne existi
mes ad iudeoz p[ro]ph[et]am n[on] modo p[er]tinere. Cā
tate inq[ui]t d[omi]no oīs t[er]ra: cantate d[omi]no: et b[en]di
cite nomē eius: annūciate: vel poti[us] b[en] nū
ciate: imo vt ip[s]m verbū qd in greco positū
est transferā euāgelizate diē ex die salutare
eius. Hinc em euāgelij nūcupatū est in q
annūciat dies ex die d[omi]ni ch[ri]stus: lumē de
lumine: filius ex patre. Hoc em est et saluta
re eius: q[ui] salutare dei ch[ri]stus est: sicut et
sup[er]ius iam demonstraui. Annūciate in
gentib[us] gloriā eius: in omnib[us] populis mi
rabilia eius: Qm magnus dominus et lau
dabilis nimis: terribilis ē sup[er] omnes deos:
quoniā omnes dij gentiū demonia. Isti g[er]m
inimici cum rege suo diabolo: captiui te
nebant populū dei. Be qua captiuitate cū
redimimur: et p[ri]nceps h[uius] mūdi mittit foras:
edificat domus post captiuitatē: cui[us] lapis
angularis ē ch[ri]stus: q[ui] duos cōdidit in se i
vnū nouū hominē faciens pacē: quā dies
ex die veniens euāgelizauit eis q[ui] erāt p[ro]p[ter]:
et eis qui erant longe: faciens vtraq[ue] vnus:
et adducens alias oues que nō sunt de hoc
ouili: vt sit vnus grex et vnus pastor. Et ita
de[us] dedit i misericordias p[re]destinatos suos:
q[ui] nō volentis neq[ue] currētis: sed miserētis
est dei. In cōspectu omnium qui ceperant
eos. Hi ergo inimici diabolus et angeli et
captiuauerāt p[re]destinatos in dei regnū et
gloriā: a redemptore aut[em] nostro foras missi
qui dominari infidelibus solebant intrinse
cus: fideles oppugnāt extrinsec[us]. Sed op
pugnāt: nō expugnant eos qui apprehen
dūt turrim fortitudinis a facie inimici. Et
autē oppugnent: sentiūt in nobis esse infir
mitates reliquas p[ro]pter quas dicim[us]: **Bi
mitte nobis debita nostra: p[ro]pter quas di
cimus: ne nos inferas in temptationē: sed
libera nos a malo.** His itaq[ue] inimici eiecit
perfecti d[omi]ni ch[ri]stus sanitates in corpore:**

et in caput est ip[s]e saluator corporis: vt in eo
ip[s]e corpe suo tertia cōsummet. Sic em di
xit: **Ecce eicio demonia: et sanitates p[ro]ficio
hodie et cras: et tertia cōsummor: id est p[ro]fi
cior: occurrētib[us] omnib[us] nobis in v[er]um
p[ro]fectum: in mensuram etatis plenitudinis
ch[ri]sti. Itaq[ue] eiecit demonijs a quib[us] ca
ptiui tenebamur: p[ro]fecit sanitates. Ideo et
hic cum dixisset: **Et dedit eos in misericor
dias in cōspectu omnū qui ceperant eos:**
tanq[ue] eiecit demonijs qui ceperāt: fit ora
tio vt p[ro]ficiat sanitates. **Saluos nos
fac domine deus noster: et cōgrega
nos de nationib[us].** Vel sicut alij codi
ces habent: **De gentibus.** **Et con
fiteamur nomini sancto tuo: et glo
riemur in laude tua.** Bende breuiter
subiecit ipsam laudē. **Benedict[us] do
minus deus israel a seculo et vsq[ue]
in seculum.** Quod intelligimus ab eter
no vsq[ue] in eternum: quia sine fine laudabit
ab eis de quib[us] dicit: **Beati q[ui] habitant in
domo tua i secula seclor[um] laudabūt te.** Ipa
est tertia p[ro]summatio corporis ch[ri]sti: eiecit
demonijs: et p[ro]fectis sanitatib[us] vsq[ue] ad ip[s]i[us]
corporis immortalitē regnū sempiternū p[er]
fecte laudantiū: q[ui] p[ro]fecte amantiū. **Perfe
cte aut[em] amantiū: q[ui] facie ad faciē contem
plantū. Tunc em p[ro]ficietur qd in p[ro]mordio
psalmi hui[us] oratū est. **Admemento nostri do
mine in beneplacito p[ro]ph[et]e tui: visita nos i sa
lutari tuo: ad videndū in bonitate electoz
tuoz: ad letandū i leticia gentis tue: vt lau
deris cū hereditate tua.** Hō em de iudeis
solas cōgregat oues que perierūt domus
israel: sed etiā eas q[ui] nō sunt de illo ouili: vt
sit grex vnus: vt dictum est: et vnus pastor.
Iudei v[er]o cum putant ad suū regnū visibi
le istam p[er]tinere p[ro]ph[et]iā: q[ui] spe inuisibiliū
bonozū gaudere nō norūt: in laqueos illi
ruituri sunt: de quo d[omi]ni ait: **Ego veni i no
mine patris mei: et nō suscepistis me: alius
veniet in nomine suo: et hūc suscipietis.** **Be
q[ui] ap[osto]l[us] Paul[us] ait: Quia reuelabit hō pec
cati filius interit[us] qui aduersat et extollitur
sup[er] omne quod dicit[ur] deus aut qd colitur:
ita vt in templo dei sedeat ostēdens se tan
q[ue] sit de[us]: **Et paulo post: Tūc reuelabit inq[ui]t
iniquus: quē d[omi]ni Iesus interficiet spiritu
oris sui: et euacuabit illuminatōe p[re]sentie sue
eum cui[us] est p[re]sentia s[ecundu]m opationē sathane i
omni virtute signis et p[ro]digijs mendacij:
et in omni seductōe iniquitatis his qui pe
reunt: p[ro] eo qd dilectionē veritatis nō rece********

peruut vt salui fieret: et ideo mittet illis de-
 opationem erroris vt credant mendacio: z
 iudicent omnes qui no crediderunt verita-
 ti: sed consenserunt iniquitati. Per istum re-
 fugam: per istum qui se extollit super omne
 quod dicit deus: z quod colitur: videt mi-
 bi populū israelitarū carnaliū putaturū im-
 pleri istam pphetiā: qua dictū est. Saluos
 nos fac dñe deus noster: z cōgrega nos de
 gentib⁹: qđ illo duce velut in cōspectu im-
 mitorū suorū visibiliuz: qui eos visibiliter
 capti uauerāt: habituri sunt visibilem glo-
 riā. Sic credunt mēdacio: quia dilectionē
 veritatis nō receperūt: vt nō bona carna-
 lia: sed spiritualia cōcupiscerēt. Sic enim a
 diabolo decepti sunt: vt occiderēt christū:
 qñ dixerunt: Si dimittim⁹ eum sic: omnes
 credent in eum: z venient romani z tollent
 nostrū z locū et gentem: quando Caiphas
 vnus ex ipis cū esset pontifex anni illius di-
 xit eis: Vos nescitis quicq̄: nec cogitatis:
 quia expedit vobis: vt vnus moriā homo
 p populo: z nō tota gens pereat. Hoc autē
 sicut euāgelista intellexit: nō a seipō dixit: s
 cū esset pontifex anni illi⁹ pphetauit: Quia
 Iesus moriturus erat p gente: z non tñ p
 gente: id est p ouibus que perierāt domus
 israel: sed vt filios dei qui erant dispersi cō-
 gregaret in vnū. Habebat em̄ alias oues
 que non erāt de illo ouili. Istas vniuersas
 oues: z de israelitis: z de gentibus diabo-
 l⁹: z ei⁹ angeli captiuauerāt. Expulsi itaq̄
 ab eis diaboli dñatu in cōspectu maligno-
 rū spiritūū q̄ eas captiuauerāt vt saluent z
 pficiant in eternū: vox earū est in pphetia:
 Saluos fac nos dñe deus noster: z cōgre-
 ga nos de gētib⁹: Nō sicut p antichristū
 compleri existimant iudei: sed p christū do-
 minū nostrū venientē in nomine patris sui:
 diem ex die salutare eius: de quo z hic di-
 ctum est: Visita nos in salutari tuo. Et di-
 cet omnis populus. Iste pdestinato-
 rum de circūcisione z p̄picio: gens sancta:
 populus in adoptionē. Fiat fiat.

Explicit Tractatus de ps. CV.
 Incipit Tractatus de ps. CVI.

Psalms iste miseratōnes dei com-
 mēdat nobis probatas in nobis: et
 ideo exptis est dulcior. Et mirum si
 potuerit suavis esse cuilibet: nisi illi qui id
 quod i isto psalmo audit: in se didicit. Nō
 tamē vni alicui vel duobus: sed populo dei
 cōscriptus est: z ad se agnoscendū tanq̄ in
 speculo ppositus. Cui⁹ titulus nō nūc tra-

ctandus est. Est em̄: Alleluia. Et bis al-
 lelulia. Qđ nobis cantare certo tēpore sol-
 lenniter moris est: fm ecclesie antiquā tra-
 ditionē. Neq̄ em̄ z hoc sine sacramēto cer-
 tis diebus cantam⁹ alleluia. Certis quidē
 dieb⁹ cantam⁹ alia: sed omni die cogitam⁹.
 Sic em̄ hoc verbo significat laus dei: et si
 nō in ore carnis: certe i ore cordis: semper
 laus eius in ore meo. Quod autē nō semel
 sed bis habet alleluia: titulus iste: nō hui⁹
 psalmi p̄pū est: sed et alius supior sic ha-
 bet. Et quātū apparet ex ei⁹ textu cantatus
 est ille de p̄pō israel. Cantatur autē iste de
 vniuersa ecclesia dei diffusa toto orbe ter-
 rarū. Forte nō imerito bis habet alleluia:
 ppter quod clamamus: Abba pater: cum
 aliud nihil sit abba: q̄ pater. Nō tamē fru-
 stra dixit apostol⁹: in quo clamamus: abba
 pater: nisi quia vnus quidē paries veniēs
 ad lapidem angularē clamat: abba: alius
 ex alio latere clamat: pater: in illo vtiq̄ la-
 pide angulari qui est pax nostra: qui fecit
 vtraq̄ vnum. Unde am⁹ ergo hic quid ad-
 moneamur: z vnde gratulemur: z vnde ge-
 mamus: z vnde auxiliū postulemus: vnde
 deseramur: vnde nobis subueniat: quid si-
 mus per nos: qđ per misericordiā dei: quō
 nostra superbia conteras vt illi⁹ gratia glo-
 rificetur: vnicuiq̄ hominū qđ dicitur sum:
 si fieri potest conteras in se. Loquor autem
 hominib⁹ qui ambulāt i via dei: et cōstitu-
 ti sunt in aliquo pfectu sp̄iali. Unde si qui
 forte ppter hoc minus me intelligunt: inue-
 niant vbi sint: z pficiendo ad intellectū fe-
 stinent. Non autē arbitror deserturū deum
 conatū nostrū: vt ad omnes pueniat quod
 loquimur siue exptos: siue in exptos: vt ex-
 pti approbent: in expti desiderēt: et omnib⁹
 suavis sit disputatio mea: que primū domi-
 no suavis erit: si veridica erit. Veridica at̄
 erit: si nō mihi a me: sed ab illo erit. Sic ce-
 pit psalmus.

Expositio psalmi.
Confitemini domino quoniā
 suavis est: quoniā in seculū
 misericordia eius. Hoc cō-
 fitemini: quoniā suavis est. Si gustastis cō-
 fitemini. Non potest autē confiteri qui gu-
 stare noluit. Unde enī dicitur est suauē
 esse quod nescit: Vos autē si gustastis q̄
 suavis est domin⁹: cōfitemini domino quo-
 niā suavis est. Si gustastis auiditate: con-
 fessione ructare: In seculū enim misericor-
 dia ei⁹: id est in eternū. Hic enim ita posi-

Alia vñ
 t bonas
 t nō babat

etiam in seculū: quia in nobilitate
 re loca in seculū: et qđ p̄p̄
 vocat: meternū intelligat. Neq̄
 corda eius ad tempus est: nō
 cum ideo sit super domine
 ricordia: vt vnam cum angeli
 dicat qui redempti
 nō: Redemptus quicūq̄ nō
 israel de terra egypti: vt
 laboribus infructuosus: vt
 redcam⁹ tamē vni q̄
 qui ab egypto liberati sunt: vt
 est. Sed q̄ sunt in: Quos
 manu in iudicior: Abbe
 accipere redemptos de manu
 hoc est egypti: p̄p̄
 p̄p̄ter quos der nō p̄p̄
 n. Neq̄ in iudicior: Abbe
 p̄p̄ter quos der nō p̄p̄
 nōm at̄ rone: p̄p̄ter regne
 p̄p̄ter: Abbe et oc
 ab aquilone z mari. Ihs
 redemptos intelligit in toto orbe
 p̄p̄ter: hoc de magis z lata
 ber amantē q̄ nō nō
 baptismo in iudicior: Abbe
 tanq̄ rubo mane: dōp̄ter
 guine cōsecratio: in iudicior
 ra dēnt: te euadentibus
 bat remanet in iudicior: Abbe
 et iudicior: iam in iudicior
 glos: quid hic in iudicior
 nū gentiū: redempti z
 simul: vt in iudicior: Abbe
 gentiū: sed in iudicior: Abbe
 in populo autē illo dicit: Luce
 pulue: tota illa gens ex iudicior
 carne: tota multitudo domi
 ca est ex egypti: semel p̄
 ca: semel ad terrā: p̄p̄ter
 mul em̄ omnes erāt in quibus
 bāt. Hec autē oīa i figura cōsecrat
 scripta sunt aut ad correctionē: nō
 quos sine seculū obuenit. Hec
 simul omnes: p̄p̄ter in iudicior
 dentes cōgregantur in vnam quā
 uitatē: z in vnam populum dei: Abbe
 nos nostrū enī iudicior: Abbe
 scripta sunt contigat in populo
 populus de singulis: nō singuli
 si: siquid em̄ vnus homo ex p̄p̄
 hē: ex singulis hominibus contigat
 cum loquor agnoscere: vt q̄
 eques: noli cogitādo quātū reman

tum est in seculu: quia in nonnullis scriptu-
 re locis in seclm: id est qd grece εἰς αἰῶνα
 dicit: in eternu intelligit. Necq enim miseri-
 cordia eius ad tempus est: et no in eternu:
 cum ideo sit super homines hec eius miseri-
 cordia: vt uiuant cum angelis in eternu.
Dicat qui redempti sunt a domi-
 no: Redemptus quide videt et populus
 israel de terra egypti: de manu seruitut: ex
 laboribus infructuosis: ex operibus luteis:
 videam tamen vtru ipsi sint qui hec dicunt:
 qui ab egypto liberati sunt a dno. Non ita
 est. Sed q sunt isti: Quos redemit de
 manu inimicor. Adhuc pt qsqz et illos
 accipere redemptos de manu inimicorū:
 hoc est egyptiorū: pprie expriment q sint
 propter quos hec vult psalmus iste canta-
 ri. De regionibus cōgregauit eos.
 Possunt esse adhuc regides egypti. Adul-
 ti enim etiā vnus p uincie regiones sunt.
 Apte dicat. **Ab oriente et occasu:**
ab aquilone et mari. Istos ergo iam
 redemptos intelligim in toto orbe terraz.
 Popul hic dei de magna et lata egypto li-
 beratus: tanq p mare rubru ducitur: vt in
 baptismo finiat inimicos. Sacramēto enim
 tanq rubri maris: baptismo scz christi san-
 guine cōsecrato: insequētes egyptij pecca-
 ta delent: et te euadente nullus qui te pme-
 bat remanet inimicus. Isti ergo dicāt hec:
 et audiam iam fratres: quoniam dicit: iste
 pllus dei: quid hic agat in cōgregatiōe om-
 niū gentiū: redempta p christū. Ad quasi
 simul ptingant hec que cantant in omnib
 gentib: sed in singulis quibusq credētib:
 in populo autē illo aliter. Totus enim po-
 pulus: tota illa gens ex semine Abrae fm
 carnē: tota multitudo dom israel semel edu-
 cta est ex egypto: semel p rubrum mare du-
 cta: semel ad terrā pmissionis pducta. Si-
 mul enim omnes erāt in quibus hec cōtinge-
 bāt. Hec aut oia i figura cōtingebāt i illis:
 scripta sunt aut ad correctionē nostram in
 quos finis seculorū obuenit. Nos ergo nō
 simul omnes: s paulatim singulatimqz cre-
 dentes cōgregamur in vnam quādam ci-
 uitatē: et in vnum populum dei: S in vno
 quoqz nostrū etiā singula contingūt: hec
 que scripta sunt contingūt in ppo. Etenim
 populus de singulis: nō singuli de popu-
 lo. Nūquid enim vnus homo ex plis: Sed
 pllus ex singulis homibus constat. Quic-
 qd enim cum loquor agnoueris: in te quisqz
 exptus es: noli cogitādo quasi remanere i

te: et putare qd i solo te cōtingūt: sed crede
 ista cōtingere: aut in omnib: aut ppe in om-
 nibus qui veniūt ad hunc populū: et de ma-
 nu inimicorū preciofo sanguie redimūtur.
 Repetitur est enim assidue qd cantauimus
 modo: miseratiōes eius. **Confiteant**
dno miseratiōes eius: et mirabi-
lia eius filijs hominū. Istos versus
 quātum animaduertere potui: qd potestis
 et vos: quat rextit: In quo numero quātū
 domino adiuuāte scrutari valuimus: signi-
 ficat nobis quatuor quasdā temptatiōes:
 ex quibus nos liberat cui consistēt sue mi-
 seratiōes. Fac enim hominē primo nihil que-
 rentē: fm vitaz veterē seductoria securita-
 te viuentem: nihil putantez aliud esse post
 banc vitaz qnqz finiendā: negligentē quē-
 dam et socordē: obrutū cor habentē: illece-
 bris mūdi et mortiferis delectatiōib cōso-
 putū: Ut excites iste ad querēdā gratiā dei:
 vt fiat sollicitus: et tanq de somno euigilet:
 nōne manus dei excitat eum: Sed tamē a
 quo sit excitat ignorat. Incipit aut iā dei
 suauitatē gustare cū coqnerit veritatē fidē:
 S anteqz cognoscat delet errorē suū. In-
 uenit enim se in errore: vult coqscere verita-
 tem: pulsat vbi potest: temptat qd potest:
 vagat qua potest: famā etiam patitur ipsi
 veritatis. Prima ergo temptatio est erro-
 ris et famis: Ubi in hac temptatiōe fatiga-
 tus exclamauerit ad deū: perducit ad viā
 fidei: vnde incipiat pgerere ad ciuitatē quietis.
 Perducit ergo ad christum qui dixit:
 Ego sum via. Cum ergo ibi fuerit: iam sci-
 ens quid obseruare debeat: nō nunqz mul-
 tum sibi tribuendo: et quasi de suis viribus
 psumendo: incipit cōfigere velle bella cō-
 tra vitia: et ppter superbiā superari. Inue-
 nit ergo se ligatū difficultatibus cupidita-
 tum: et non posse viam ppter cōpedes am-
 bulare: Includum se sentit difficultate vi-
 torū: et tanq muro impossibilitatis erecto:
 portisqz clausis qua euadat vt recte viuat
 nō inuenit: iam scit quomō viuere debeat.
 Prius enim in errore erat: et famem veritatē
 patiebat. Accepit autē iā cibū veritatis: et
 positus ē in via: audit: viue bñ: fm qd no-
 sti. Antea enim nō noueras quēadmodū vi-
 ueres: mō accepisti et nosti. Conat et nō po-
 test: ligatū se sentit: exclamat ad dñm. Se-
 cūda ergo tēptatio est difficultatis in bene
 operando: sicut illa prima erroris et famis.
 Exclamat et in hac ad dñm: liberat dñs de
 necessitatib: rumpit vincula difficultatis

Alia lra.
 f misericordie.

Alia lra.
 f inimici.

Alia lra.
 f a solis
 ortu.

constituit in opatione equitatis: incipit ei iam facile esse quod difficile fuerat: abstinere a malis: non adulterare: non furtum facere: non homicidium: non sacrilegium: non aliena concupiscere: facta est facultas que fuerat antea difficultas. Potuit hoc dominus sine difficultate prestare: sed si sine difficultate haberemus: largitorem huius boni non agnosceremus. Si enim primitus cum vellet posset: et non sentiret aduersus se obnitentes cupiditates: nec vinculis suis grauata anima collideret: suis viribus tribueret quod se posse sentiret: et non confiterentur domino miserationes eius. Post has duas temptationes: primam erroris atque inopie veritatis: secundam difficultatis bene operandi: tertia temptatio excipit hominem: ei loquor qui iam transiit has duas. Nam iste due fautor multis note sunt. Quis enim nescit se ab ignorantia venisse ad veritatem: ab errore ad viam: a fame sapientie ad verbum fidei? Beinde multi luctantur cum difficultatibus vitiorum suorum: et adhuc consuetudine colligati gemunt tanquam in clausura excompeditibus. Agnoscunt et istam temptationem: quibus iam dicant: si forte dicunt: Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Nam vide artificiosa vincula. Caro inquit concupiscit aduersus spiritum: et spiritus aduersus carnem: ut non ea que vultis faciatis. Proinde qui iam est adiutus spiritu: ut quemadmodum noluit esse adulter: sic non sit: quomodo noluit esse fur: sic non sit: et cetera illa omnia que volunt homines vincere: et sepe inflexi superant: ut exclament ad deum: ut de necessitatibus eorum eruat eos: et de liberatis confiteantur domino miserationes eius. Quisquis ergo talis est et vicit illas difficultates: et probabiliter iam conuersatur inter homines sine vlla querela malorum morum: excipitur tertia temptatione tedium cuiusdam in mora huius vite: ita ut aliquando eum nec legere: nec orare delectet. Tertia temptatio priori contraria: Prius enim periclitabatur fame: postea fastidio. Ubi et hoc: nisi de quodam languore anime: Nam non te illicit adulterium. nec tamen delectat dei verbum. Nam post periculum impentie et concupiscentie: de quibus duobus te euasisse letaris: vide ne tedium fastidiique te necet. Non est et ista leuis temptatio. Agnosce te in illa: et exclama ad dominum: ut de necessitatibus tuis etiam hic liberet te: Et de hac temptatione liberatus cum fueris: confiteantur

illi miserationes eius. Liberatus autem ab errore: liberatus a difficultate bene operandi: liberatus a tedio: fastidioque verbi dei: fortassis dignus eris cui populus committatur: Constituaris in gubernaculis nauis reuerturus ecclesiam. Ibi quarta temptatio: tempestates maris quatientes ecclesiam: turbant gubernatorem. Benigne tres illas temptationes experiri potest omnis pius: fidelis in populo dei: quarta ista nostra est. Quanto enim plus honoramur: tanto plus periclitamur. Metuendum est: ne auertat aliquem vestrum a veritate ad periculum erroris. Metuendum est: ne vincat unumquemque cupiditas sua: et eligat eam sequi: quam ex eius difficultatibus exclamare ad dominum. Metuendum est: ne unusquisque vestrum minus sapiat verbum dei: et fastidio moriatur. Temptatio vero gubernandi: temptatio periculorum in regenda ecclesia nos potissimum tangit. Sed quomodo et vos alieni critis: si tota nauis periclitabitur? Quod ideo dixi: ne in hac quarta temptatione tanquam nostra propria: opus est ut ab orationibus non desistatis: non vos primo naufragis: si minus solliciti sitis: et pro nobis minus oratis. Quid enim fratres? Quia ad eadem gubernacula non sedetis: non in eadem nauis nauigatis. Post has quatuor temptationes: quatuor exclamaciones: quatuor liberationes: quatuor miserationum officia confessiones: Generaliter in hoc psalmo consequenter ipsa commendat ecclesia: ut evidenter sine noueritis: de quo psalmo ab exordio loquebatur. Commendat autem ita: ut nobis omnibus dei gratia predicetur: qui superbis resistit: humilibus autem dat gratiam: quia ideo ille venit: ut qui non vident videant: et qui vident cessent: quia omnis vallis implebitur: et omnis mons et collis humiliabitur. Quo commendato dicitur aliquid quod etiam de hereticis intelligatur: quibus tanquam civilibus bellis quatitur ecclesia: et concludit psalmus quem iam exposui breuiter fortasse quam putabatis. Nam usque adeo me istum totum psalmum aliquantum plerumque exposuisse arbitror: ut iam officium a me non expectetis disputatoris: sed pene lectoris: si tenetis que dixi. Puto enim sunt ante oculos vestros constituta. Sed ut melius commendentur: breuiter replicentur. Prima temptatio erroris et famis verbi. Secunda difficultatis vincendarum concupiscentiarum. Tertia tedium atque fastidii. Quarta tempestatis et periculorum in gubernandis ecclesiis. Et in his omnibus exclamaciones et liberationes:

Psalmus
 et miserationem in confessione
 quibus ecclesie fit commendatio
 etiam per gratiam dei notum
 iam. Et commemorat
 propter superbiam: quibus
 est ecclesia. Et propter
 inuersionem ab hereticis
 quomodo committatur
 ecclesia diuina beneficium
 Logamas iam magis
 dicant qui redempti
 sunt: quos redempti
 sunt: de regionibus
 eos. Et uenit et o
 lone et man. Et uenit
 de toto orbe conuocet.
 solitudine in uicinis
 tis habitantibus non inue
 nemur mirabilem non in
 Curantes et hinc et
 in eorum in ipis defect.
 dicitur: Quod non enim
 sed se commoda quod expe
 et nobis delectationes roget: et
 esse amorem. Et hoc potest
 mentem. Et ecclesia
 domini cum in uoluntate
 cessantibus eorum eripuit
 illis istum: quis erit
 eos in viam reuertit. Et
 habitantibus non inueniunt
 abant et de hereticis. Et dicitur
 reuocet. Et uenit in uicinis
 omnis. Quis inuenit istum
 dicitur sed et hoc expe
 domini miseraciones
 bilia eius filius domini
 in eorum iam in via polin
 inueniunt directum domi
 liberant. Quomodo san
 manent: et animam et
 un domus. Et ergo bene
 sine certis uultu quid ager
 sperare quod tunc excipit
 et superant. Sedentes in
 umbra mortis: copeditio
 dicitur et fero. Et dicitur
 turbabatur: quia gratia dei no
 et hoc: quod consilium dei circa te re
 Nam uide quid aduocet
 inuenerunt: et eloqui
 in superbis iustitiam domini
 in uolentes confiteri. Et
 illi in exacerbatum.

et miserationum dei confessiones. Ad extremum ipsius ecclesie fit commendatio: que salua facta est per gratiam dei nostri: non per meritum suum. Et commemorat inimicorum afflictio: propter superbiam: quibus extinctis: erecta est ecclesia. Et propter insidias quasdam diminutionis ab hereticis: et detrimentorum quodammodo domesticorum. Et ex his circa ecclesiam divina beneficia: et psalmi conclusio.

Legamus iam magis quam differamus. Dicant qui redempti sunt a domino: quos redemit de manu inimicorum: de regionibus congregavit eos. Ab oriente et occidente: ab aequilone et mari. Christiani ergo ipsi dicant: de toto orbe convocati.

Erraverunt in solitudine in siccitate: vias civitatis habitacionis non inveniunt. Errorem mirabilem audimus: quid de inopias esurientes et sitietes erant: anima eorum in ipsis defecit. Sed quare defecit? Qui bono: non enim crudelis est deus: sed se commendat quod expedit nobis: ut nobis deficientibus roget: et ut subveniens ametur. Et ideo post hunc errorem et famem sitim. Et exclamaverunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum eripuit eos. Et quid illis prestitit: quia errabant? Et deduxit eos in viam rectam: viam civitatis habitacionis non inveniunt: fame et siti estuabant et deficiebant. Et deduxit eos in vias rectas. Et irent in civitatem habitacionis. Quod subvenerit fami et siti nondum dixit: sed et hoc expectare.

Confiteantur domino miserationes eius: et mirabilia eius filiis hominum. Dicite experientis iam in via positi: iam ad civitates iuveniendam directi: iam denique a fame et siti liberati. Quonia satiauit animam inanem: et animam esurientem implevit bonis. Tu ergo bene: iam in via positus es: iam audisti quid agere debeas: quid sperare: quid aliud excipit quonia conaris et superaris.

Sedentes in tenebris et umbra mortis: copeditos in mendacitate et ferro. Unde hoc: nisi quia tibi tribuebas: quia gratiam dei non agnoscebas: quia consilium dei circa te reprobas. Nam vide quid adiungat: Quonia immaricaverunt eloquium domini: per superbiam iustitiam domini nescientes: et suam volentes constituere. Et consilium altissimi exacerbaverunt. Et bu-

miliatum est in laboribus cor eorum.

Et nunc pugna contra concupiscentiam: deo desistente ab adiutorio: laborare potes vincere non potes: et cum fueris pressus consuetudine tua prava humiliabis cor tuum in laboribus: ut iam corde humiliato discas clamare: Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius: humiliatum est ergo in laboribus cor eorum. Infirmati sunt: nec fuit qui adiuveret eos. Quid ergo restat: nisi quare factum est: Si enim data esset lex que posset vivificare: omnino ex lege esset iusticia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato: ut promissio ex fide Iesu christi daretur credentibus. Lex subintravit ut abundaret delictum: Accepisti verbum: accepisti preceptum: nec desinis facere quod male faciebas: et accepto precepto auges peccata per pervaricationem superbie. Si te ignorabas: vel discite te: humiliatus clamabis a necessitate liberaberis: liberatus miserationes domini confiteberis.

Et exclamaverunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum salvos fecit eos. Liberati sunt de secunda temptacione: restat tedium atque fastidium. Sed primo quid istis prestitit liberatis videte. Et eduxit eos de tenebris et umbra mortis: et vincula eorum dirupit.

Confiteantur domino miserationes eius: et mirabilia eius filiis hominum. Quare: Quas difficultates vicit: Quia contrivit portas eregas: et vectes ferreos contregit. Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniusticias enim suas humiliati sunt. Quia sibi tribuebant: non deo. Quia suam iusticiam constituiebant ignorantes dei iusticiam: humiliati sunt. Inveniunt se non posse sine eius adiutorio: qui de suis solis viribus presumebant. Sed quod aliud genus restat: Omne escam abominata est anima eorum: Jam fastidium patuntur: fastidio languent: fastidio periclitantur: Nisi forte putas occidi eos fame potuisse: et non posse fastidio. Unde quid sequatur. Cum dixisset: Omne escam abominata est anima eorum: ne quasi eos putares de satietate securos: non magis videres de fastidio mortuos. Et appropinquaverunt: inquit: usque ad portas mortis. Quid ergo restat: Ut et quod te delectat verbum dei: non tibi tribuas: neque hic aliqua infleris arrogancia: et avidus cibi in

Alia lra. t non habet.

Alia lra. t clamaverunt.

t liberavit.

Alia lra. t misericordie.

Alia lra. t inimici.

Alia lra. t a solis ortu.

Alia lra. t iniquo. t habitaculi.

Alia lra. t non habet.

Alia lra. t clamaverunt.

Alia lra. t misericordie.

Alia lra. t Quia t satiauit.

Alia lra. t victos.

Alia lra. t Quia exaceraverunt. t eloquia dei.

Alia lra. t irritaverunt.

eos qui fastidio piclitant superbe insilias. Intellige etiam tibi prestitū esse hoc: non a te tibi esse. Quid enim habes quod nō accepisti: Hoc ergo intelligens: et hoc vno atq; languore piclitans: fac quod sequit. **Et exclamauerūt ad dominū cū tribularent. ⁊ de necessitatib⁹ eorū liberauit eos.** Et quia languor erat nō delectari. **Adiit verbū suū ⁊ sanauit eos:** Vide qđ mali habeat fastidius: vide vnde liberat ille ad quem clamat fastidens. **Adiit verbum suum ⁊ sanauit eos. Et eripuit eos.** Unde: Non de errore: non de fame: non de difficultate vincendi peccata: sed **De corruptela eorum.** Quedam corruptela mentis est: fastidire qđ dulce est. Ergo ⁊ de hoc beneficio sicut de ceteris superioribus. **Confiteant domino miseratōes eius: ⁊ mirabilia eius filijs hominū.** Et sacrificent sacrificiū laudis: **Ita em̄ vt laudetur: suavis est dominus. Et nūciant opa ei⁹ in exultatione.** Non cū tedio: non cum merore: non cū anxietate: nō cū fastidio: sed cū exultatione. Quarta illa restat: in qua omnes piclitamur. Omnes. n. in nauī sumus: Alij operant: alij portant: simul tamē omnes ⁊ i tempestate piclitant: ⁊ in portu saluant. Post hec em̄ omnia sequit. **Qui descendunt mare in nauibus: faciētes operationē in aq̄s multis.** Id est i populis multis. Aquas enim sepe p populis poni testis est apocalypsis Johānis: vbi interrogans Johannes: quid ille aque essent: **Resposus est ei: populi sunt.** Qui ergo faciūt operationem in aquis multis. **Ipsi viderunt opera domini: ⁊ mirabilia eius in profundo.** Quid enim pfundius coraibus humanis: Inde plerumq; venti erumpūt: tempestates seditionū ⁊ dissentionū nauū pturbant. Et quid agitur in his: **Volens deus: vt ad eum clamarent: ⁊ hi qui gubernant: ⁊ hi qui portant.** **Dixit et stetit spiritus pcelle:** Quid est stetit: **Permauit: pdurauit.** Adhuc turbat diu iactat: seuit et non transit. **Dixit em̄ ⁊ stetit spirit⁹ pcelle.** Et quid egit iste spiritus procelle: **Et exaltati sunt fluctus ei⁹. Ascendunt vsq; ad celos: audēdo: ⁊ descendunt vsq; ad abyssos: timendo.** Ascendūt vsq; in celos: descendūt vsq; in abyssos: foris pugne: intus timores. **Anima eorū in malis tabescebat.** Tur-

bati sunt ⁊ moti sunt sicut ebrius: Qui sedent ad gubernacula: et qui fidcliter nauim amant: sentisit quod dico. Turbati sunt ⁊ moti sunt sicut ebrius. Certe qñ loquūtur: quādo legunt: quādo tractant: sapientes apparent. **Deu pch dolor ea tēpestate.** Et omnis: inquit: sapiētia eorum **absorpta est.** Aliquādo deficiūt omnia humana consilia. Quacūq; se q̄sq; conuerterit: fluctus fremunt: tempestas seuit: brachia deficiūt. Quo proza impingatur: cui fluctui latus nudet: quo nauis impulsā dimittat: a quibus saris ne pereat re frenet: omnino a rectoribus non videt. Et quid restat: nisi quod sequit: **Et exclamauerūt ad dominū cū tribularentur: ⁊ de necessitatibus eorum eduxit eos.** Et imperauit procelle ⁊ stetit in auram: Non stetit in tempestate: sed in auram. **Et siluerunt fluctus eius.** Audite de hac re vocem cuiusdam gubernatoris piclitati: humilitati: liberati. **Nolo inq̄t vos ignorare frēs de p̄sura nra q̄ facta ē in Asia: qz supra vires guati sum⁹ ⁊ sup̄ modū.** Video omnē sapiētia ei⁹ **absorptam:** ita vt tederet nos inquit etiam vi uere. Et quid ille ita deficientes desereret: **Aut nō ppterera illi defecerūt: vt ille apud eos gloriam reperiret: Beniq; quid sequitur: Sed ipsi in nobismetipsis resposus mortis habuimus: vt non fidentes in nobis simus: sed i deo qui suscitāt mortuos.** Et imperauit pcelle: ⁊ stetit in auram. Jam illi de se apud se resposū mortis habuerāt: quoz ois sapiētia absorpta erat. **Et siluerunt fluctus ei⁹. Et iocūdati sunt qz siluerūt: ⁊ deduxit eos in portū voluntatis eorum.** Confiteant domino **miserationes eius: Ubiq; omnino: vbiq; confiteant domino: non merita nostra: nō vires nostre: non sapientia nostra: sed miserationes eius.** Ille ametur in omni nostra liberatōe: qui est inuocatus i omni nostra tribulatōe. **Confiteant domino miserationes eius. Et mirabilia ei⁹ filijs hominū.** Et videte vnde dicat: vnde omnia ista plocutus sit: vnde omnia hec enumerauerit: vbi agant hec? **Et exaltent eum i ecclesia populi: ⁊ in cathedra seniorū laudent eum.** Et exaltent eum: hoc est laudent eum: et laudent eum: hoc est exaltent euz. Exaltent: laudēt populi ⁊ seniores: ⁊ negociatores ⁊ gubernatores. Quid enim fecit in hac ecclesia:

Alia lfa ⁊ clamauerūt.

Alia lfa ⁊ interiorib⁹

Alia lfa ⁊ misericordie.

Alia lfa ⁊ annūciant.

Alia lfa. ⁊ reuorata.

Alia lfa ⁊ clamauerūt.

Alia lfa ⁊ stetit cellas eius.

Alia lfa ⁊ exaltati.

Alia lfa ⁊ misericordie.

Alia lfa. ⁊ et

Alia lfa ⁊ plebis.

dei. **H**oc em̄ ait in eloqz tuū. **Q**uō aut ta-
les oculi dicunt: qñ p̄solaberis me: nisi cū
tali intētiōe z expectatione oratur z gemitur:
Lingua em̄ loqui non oculi solent: sed
oculoꝝ quodāmodo vox est desiderij ora-
tōis. **C**erū in eo qd̄ ait: qñ p̄solaberis me:
tanq̄ moras se p̄peti ostendit. **U**n̄ est eti-
am illud: **E**t tu dñe vsqz quo: **Q**d aut ideo
fit vt dulcior veniat dilata iocunditas: aut
iste sensus est desiderantiū: cū in spacio tē-
poris etiā qd̄ subueniēti breue est: longū ē
amāti. **N**ouit aut dñs qd̄ qñ faciat: qui in
mēſura z numero z pōdere cūcta dispōit.
Ardētib⁹ aut sp̄ualib⁹ desiderijs carnalia
desideria sine dubitatōe frigescūt: **P**rop̄
s̄ sequit: **Q**m̄ fact⁹ sum: tāqz vter
in pruina: iustificationes tuas nō
sum oblit⁹. **M**imz em̄ p̄vtrē carnē mor-
tis huius: per pruina vero celeste benefici-
um vult intelligi: quo carnis p̄cupiscentie
velut frigore cobibēte torpescūt: **E**t fit hic

Alia lra.
+ Quia.
+ sicut.

vero ad euāgelii p̄tinētē. Cur autē nunq̄
 etiā istis gn̄atiōib⁹ vitas desit: velut ap̄ies
 cām: Sū dasti inq̄t terrā z p̄manet: eos qui
 in terra sūt terrā nūcupās. Fundamētum
 autē aliud nēo pōt ponē p̄ter id qd̄ positū ē
 qd̄ est christ⁹ Iesus. Neq̄ em̄ z illi⁹ gn̄ati
 onis ad legē p̄phetasq̄ p̄tinētis fundamē
 tū nō erat christus: testimoniū habēs a le
 ge z p̄phetis. Aut vō Moyses z p̄phe si
 lii deputādi sūt: in seruitutē generātis ancil
 le fuisse: nō libere q̄ est mater n̄ra: cui ma
 ter syon dicet homo: z hō factus est in ea:
 z ipse fundavit eā altissimus: Ipse est em̄ z
 apud p̄rem altissim⁹: z p̄ nos in ista m̄re
 fact⁹ humillimus: qm̄ q̄ de⁹ erat sup̄ eā ho
 mo factus est in ea. Hoc itaq̄ fundamēto
 dñe fundasti terrā z p̄manet: qz in tali fun
 damēto p̄stabilita: nō inclinabit in sc̄m se
 culi: in eis vtiq̄ p̄manēs quib⁹ es vitā da
 turus eternā. Quos autē ancilla pepit ad
 vetus testamētū p̄tinētēs: in cui⁹ tñ figurē
 latebat nouū: nihil aliud sapiēdo: q̄ p̄mis
 sa terrena nō p̄manēt. Seru⁹. n. nō manet
 in domo in eternū: fili⁹ autē manet i eternū.

Ordinatioe tua pseuerat dies:
 Ista q̄ppe omnia dies: z iste est dies quez
 fecit dñs: exultemus z iocundemur in eo:
 z sicut in die honeste ambulemus. **Qm̄**
oia seruiunt tibi. Omnia sc̄z de q̄bus
 loquebat: oia q̄ p̄tinent ad hunc diē: serui
 unt tibi. Impij q̄ppe de quib⁹ dicit: Nocti
 simulavi m̄rem vestrā: nō seruiūt tibi. Be
 inde respexit vñ liberef hec terra: vt funda
 ta p̄maneat: atq̄ subiecit. **Nisi q̄ lex**
tua meditatio mea est: tūc forsitan
perissem in hūilitate mea. Ista lex
 fidei ē: nō inanis fidei: s̄ q̄ p̄ dilectionē ope
 rat. **Per hāc impetrat̄ grā q̄ fortes facit in**
tribulatioe t̄pali: ne pereāt in hūilitate mor
tali. In eternū non obliuiscar iu
 stificationes tuas: qz in ipsis viuifi
 casti me. Ecce vñ factum est vt nō pe
 rret in hūilitate sua. Nā deo n̄ro nō viuifi
 cāte qd̄ est homo q̄ se occidere potuit: viuifi
 care autē nō potest: Subiecit deinde ac
 dicit. **Tuus sūz ego saluū me fac:**
qz iustificationes tuas exquisiui.

Nō trāseūter intelligendū ē: qd̄ dictuz est:
Tu⁹ sū ego. Quid em̄ nō est ei⁹? An forte
 qz in celis esse dicit de⁹: ideo putanduz est
 aliqd̄ nō esse ei⁹ in terra: cū clamet ali⁹ psal
 mus: **Bñi est terra z plenitudo ei⁹: orb̄ ter**
raru⁹: z oēs q̄ habitāt in ea. Quid ē q̄ iste
 ita se quodāmō familiar⁹ deo cōmēdandū

putauit vt dicēt: **Tu⁹ sū ego saluū me fac:**
 nisi itelligi volens q̄ malo suo su⁹ esse vo
 luerit: qd̄ est inobediētie primū z maximū
 malū: Et tanq̄ dicēs meus esse volui z p̄
 ditū me feci: **Tu⁹ sum iquit saluūz me fac:**
 qz iustificationes tuas exquisiui: nō volūta
 tes meas quib⁹ sūi meus: sed iustificatio
 nes tuas: vt essem iā tu⁹. **Ipse inq̄t: ex**
pectauerūt p̄ctōres vt p̄derēt me:
testimonia autē tua intellexi. Quid
 est expectauerūt vt p̄derēt: An vō velut in
 sidijs obsiderēt viā: expectātes vt qñ trās
 iret occiderent: Nūqd̄ q̄ morte corpis pe
 rire metuebat: Absit. Et qd̄ me expectaue
 rūt: nisi vt eis ad malū p̄sentret: Tūc em̄
 p̄derent. Tñ em̄ nō periret dixit: testimo
 nia tua itellexi. Sed familiarius hic eccle
 sie auribus grecū verbum sonat: martyria
 tua itellexi: quia sc̄z me sibi nō cōsentien
 tem: etiā si occiderent tua martyria confi
 tēs non perire: Sed illi qui vt p̄derent ex
 pectabant qñ cōsentire: torquebāt cū etiā
 cōfiterer: nec tñ qd̄ itellegerat relinq̄bat: in
 tuēs. z vidēs vtiq̄ sine fine finē: z si pseue
 raret vsq̄ in finē. **Beniq̄z secur⁹ adiunxit.**

Dis cōsumatiōis vidi finē: latū
mandatū tuū valde. Intrauerat q̄p
 pe in sanctuariū dei: z intellexerat in noui
 sima. **Dis autē cōsumatio mibi videtur**
hoc loco intelligēda vsq̄ ad mortē p̄ veri
tate certare: z p̄ vero ac sūmo bono mala
oia tolerare: Cui⁹ cōsumatiōis finis est ex
cellere in regno christi qd̄ nō habet finē: et
habere ibi sine morte: sine dolore z cū mag
no honore vitā: morte hui⁹ vite ac dolori
bus z opprobrijs acquisitā. Quod autē ad
 didit: **Latū mādātū tuū valde: non intelli**
go: nisi caritatē. Quid enim p̄fuisset qua
 cūq̄ morte iminēte: z inter quātacūq̄ tor
 menta illa martyria confiteri: si caritas in
 confitente nō esset: **Audiamus Ap̄lm: Et**
si tradidero inquit corpus meū: vt arde
am: caritatē autēz non habeam: nihil mibi
p̄dest. Caritas autē dei d̄iffusa est in cor
 dibus nostris p̄ spiritū sanctū qui datus ē
 nobis. In hac d̄iffusione latitudo est: in q̄
 sine angustijs viā: quoz ambulatur angu
 sta: donāte illo cui dictū est: **Bilatasti gres**
sus meos sub ius me: z non sunt infirmata
vestigia mea. Latum est ergo mandatū car
 itatē nimis: mādātū illud geminū quo iu
 betur deus z proximus diligi. Quid autē
 latius: q̄ vt ibi pendeat tota lex z omnes
 p̄p̄ete:

Alla f̄a. t nō habet.

Alla f̄a. t nimis.

Alla f̄a. t font.

Alla f̄a. t qm̄.

dm remāst puer Iesus i hierusalē: r a que
 rentib⁹ suis post tridū inuent⁹ est illic in
 tēplo sedēs int⁹ doctores: audiēs eos r in-
 terrogās eos: vbi stupebāt oēs qui cū au-
 diebāt sup prudētia et respōsis eius. Nec
 immerito: qui p istū pphētā tāto ante dix-
 erat: sup oēs docētēs me intellexi. Omnes
 enī vtiq; hoies vult intelligi: non deū pa-
 trem: de quo dic⁹ ipse fili⁹: Sicut docuit me
 pater: hec loquor. Quod difficillime ex p-
 sona verbi intelligit: nisi quis vtiq; cape
 valeat: id esse filiū a patre doctū qd gen-
 tū. Cui enī nō est aliud esse: aliud doctum
 esse: sed qd illi est esse: hoc est doctū esse: p-
 secto a quo ei ē esse: ab illo simul ē ei doctū
 esse. Ex psona vero hois vbi formaz serui
 accepit: facili⁹ intelligit a patre didicisse q
 dixit: in qua forma serui cōstitutū maxime
 puez potuerit eū hoies maioris etatū docē
 nū putare: s; ille quē pater docuit sup oēs
 docētēs se intellexit. Quia testimonia: in-
 quit: tua meditatio mea ē: Ideo sup
 omnes docentes se intelligebat: q; testimo-
 nia dei meditabat: que melius q; illi de se-
 ipso nouerat qui dicebat: Vos misistis ad
 Johannē: et testimoniū p̄hibuit veritati:
 Ego autē nō ab hoie testimoniū accipio: sed
 hec dico vt vos salui sitis. Ille erat lucer-
 na ardēs r lucēs: vos autē voluistis exulta-
 re ad horā in luce ei⁹: Ego autē habeo testi-
 moniū maius Johāne. Talia testimonia
 meditabat: qñ super oēs docentes se intel-
 lexit. Illi autē doctores nō absurde intelli-
 gūtur etiā ipsi esse seniores: de quibus cō-
 tinuo dic. **Sup^r seniores intellexi:**
 Quod ideo mihi eo modo rextū videt:
 vt nobis hec legētib; illa etas eius veni-
 ret in mētē: q nobis innotuit ex euāgelio:
 qua etate puerili inter maiores etate: hoc
 est iunior inter seniores sedebat: et super
 omnes docētēs se intelligebat. Solēt enī
 iunior et senior ad seiuicem dici minor et
 maior: r si neuter eoz senili accessit aut p-
 pinquauit etati: q; q; si et exp̄ssum nomē se-
 nioz in euangelio velimus iquirere supra
 quos intellexit: inuenim⁹ qñ ei dixerūt scri-
 be r pharisei: Quare discipuli tui transgre-
 diūt traditiōes seniozū: Nō enī lauāt ma-
 nus suas cū panē māducat. Ecce obiecta
 est ei trāgressio traditiōis senioz. Sed qā
 sup seniores intellexit: qd eis responderit
 audiamus. Quare inqt r vos transgredi-
 mini mādatū dei ppter traditiōem vestrā:
 Beinde paulopost: vt nō solū ipse qui ē ca-

put corpis: verū etiā corpus ipm et mēbra
 eius super seniores illos intelligerēt: quoz
 traditio de lauādis manib⁹ ferebat: cōuo-
 cans ad se turb⁹ dixit eis: Audite r intelli-
 gite: tāq; diceret: Sup seiores illos r vos
 intelligite: vt etiā de vobis illa p̄bia ap-
 pareat esse p̄missa: super seniores intellexi:
 nec solū capiti: verū etiā corpi: ac si vnuer-
 so christo aptata p̄ciat: Nō qd intrat i os:
 coinquinat hoiez: s; qd p̄cedit ex ore b̄ coi-
 quat hoiem. Hoc seniores illi nō intelli-
 gebant: q de lauādis manib⁹ sua velut mag-
 na mādata tradiderūt. Ip̄a quoq; mēbra
 capitis hui⁹ sup seniores intelligētēs nōdū
 qd ab eo dictū est intellexerāt. Beniq; p⁹
 pauca r̄ndens Pet⁹ dixit ei: Ediffere no-
 bis pabolā istā. Putabat adhuc esse pa-
 bolam: qd dñs sine figurā fuerat elocutus.
 At ille dixit: Adhuc et vos sine intellectu
 estis: Nō intelligit quia omne qd in os in-
 trat in vētrē vadit: r in secessum emittitur:
 Que autē p̄cedūt de ore: de corde exeūt: r
 ea coiquināt hoiem. Adhuc r vos sine in-
 tellectu estis: r sup illos seniores nō intelli-
 gitis: Sed plane iam nūc audito tali ma-
 gistro: capite nostro: pōt vnusq; nostrū
 dicere: sup seniores intellexi. Nā etiā cor-
 porū p̄gruit qd secus⁹ adiūxit. Quia mā-
 data tua exquisiui: Mādata tua nō
 mādata hoim: mādata tua nō mādata se-
 niozū: qui volētēs esse legis doctores: nō
 intelligūt neq; que loquūtur: neq; de qd⁹
 affirmāt. Merito de mādatū dei q sūt exq̄-
 renda vt sup seniores illos intelligātur: re-
 sponsū est his qui eoz auctoritatē veritati
 p̄ferebāt: et dictū est: cur r vos trāsgredi-
 mini mādatū dei: vt traditiōes vestras sta-
 tuatis? Jam vero qd adiūgit: nō capiti vi-
 detur puenire s; corpi. **Ab omni via
 mala p̄hibui pedes meos: vt cus-
 todia verba tua.** Neq; enī caput illud
 nostrū ipse saluator corpis in aliquā malig-
 nam viā carnali cupiditate ferret: vt ei ne-
 cesse esset pedes suos inde p̄hibere: quasi
 illuc eūtes motibus suis: qd nos facimus
 qñ ea q ille non habuit ne vias malignas
 teneāt desideria nostra praua cobibemus.
 Sic enī verba dei possum⁹ custodire si p⁹
 nostras nōeam⁹ cōcupiscētias malas: vt
 ad mala cōcupita pueniāt: sed eas potius
 aduersus carnē spū cōcupiscētie refrem⁹:
 ne nos raptos atq; subuersos p malignas
 vias p̄trabāt. **Audicijs: inqt: tuis
 nō declinaui: qm tu legem posui-**

Alia fra
t queiui.

In hōm mādata
& constituciones.

Alia fra
t queiui.

Mat. 15

pedibus meis verbū tuū: et lumen semitis
 meis: nisi verbū intelligamus quod factū est
 ad prophetas: vlt quod predicatū est p aplos:
 Non verbū christū: sed verbū christi: de q̄
 scriptū ē: fides ex auditu: audit aut p ver
 bū christi. Nā et verbū ppheticū lucerne
 pparās aplūs Petr⁹: Habem⁹ inqt certio
 rem ppheticū sermonē cui benefacitis: in
 tēdētes velut lucerne i obscuro loco. Quō
 itaq; h ait: Lucerna pedibus meis verbū
 tuū: et lumē semitis meis: verbū est qd scri
 pturis sanctis omnibus p̄tinetur. **I**ura
 ut inquit: et statui custodire iudicia
 iusticie tue: Tanq; bene ambulā sad il
 lā lucernā: et rectas semitas habēs: Sequē
 ti aut verbo illud qd aīcedit expositū est.
 Quasi enī querem⁹ qd esset: iuravi: adiū
 xit et statui. Hoc enī appellavit iuramētū
 quod statuit p sacramentū: quia ita debet
 esse mens fixa in custodiēdis iudicijs iusti
 cie dei: vt sit oīno p iuratiōe qd statuit. Si
 de aut custodiūtur iusticia iudicie dei: cū
 sub deo iusto iudice: nec recte factū infru
 ctuosum: nec pctm̄ credit̄ impunitū. Sed
 p hac fide qz mltā et grauissima mala cor
 pus ptulit christi. **H**umiliatus sum
 inquit: vsq; valde: Nō autē ait: humiliavi
 me: vt humiliatē que in p̄cepto est intelli
 gere sit necesse: sed ait humiliatus sum vsq;
 valde: maximā scz passus psecutiōem pro
 eo q iuravit et statuit custodire iudicia ius
 ticie dei. Et ne in tāta humiliatiōe fides ip̄a
 deficeret: addidit. **D**omine viuifica
 me secūdu verbū tuū. Hoc est fm̄ p
 missum tuū. Nā et verbū pmissorū dei lu
 cerna ē pedib⁹: et lumē semitū. Sic et sup̄
 vt eū de⁹ viuificet: orauit in humiliatiōe pse
 cutiōis: vbi ait: **P**aulomin⁹ cōsumauerūt
 me in terra: ego aut nō dereliqui mandata
 tua: scdm̄ misericordiā tuāz viuifica me: et
 custodiā testionia: id est martyria oris tui.
 Ubi intelligit si ip̄e nō viuificet donando
 patientiā: ppter qd dictū est: In vestra pa
 tientia possidebit̄ aīas vestras: et de quo
 dictū est: Quā ab ipso est patiētia mea: nō
 corpus in psecutiōe mortificari sed aīam:
 nō custodiēdo martyria et iudicia iusticie
 dei. **V**olūtaria oris mei bñplaci
 ta fac dñe: Hoc est: placeāt tibi: noli re
 probare: sed approba. Bene aut̄ intelligū
 tur oris voluntaria sacrificia laudis con
 fessione caritatis: non timore necessitatis
 oblata. Unde dictum est: volūtarie sacrifi
 cabo tibi: S; quid est quod adiungit. Et

iudicia tua doce me: Nōne ip̄e in ver
 sibus superioribus dixerat: A iudicijs tuis
 nō declinaui: Quō istuc si ea nō nouerat:
 Porro si nouerat: quō h dicit: Et iudicia
 tua doce me: An sicut illud ē: suauitatē fe
 cisti cū suo tuo: et postea dic: suauitatē do
 ce me: Quō ita exposuim⁹ vt intelligerem⁹
 verba pficiētis: et addi sibi ad id qd acce
 perat postulātis. **A**nima mea i ma
 nib⁹ tuis sp: Nōnulli codices habēt in
 manib⁹ meis: S; plures in tuis: et hoc
 quidē planū est. Justorū enī aīe in manu
 dei sūt. An cui⁹ manu sūt et nos et sermoēs
 nostri. Et legis inqt: tue nō sūt obli
 tus. Tanq; ad non obliuiscendam dei
 legem manibus ip̄ius adiuuet ei⁹ mēoria:
 vbi est ei⁹ anima: Aīa vero mea i manib⁹
 meis: quō intelligatur ignoro. Iusti quip
 p̄ ista verba sūt nō iusti: redeūt ad patrē
 nō discedentis a patre. Nā pōt videri ille
 iunior filius aīam suā in manib⁹ suis habe
 re voluisse qn̄ dixit p̄ri: Da mihi substātiā
 meā q me tangit: Sed ideo mortuus erat
 ideo perierat. An forte ita dictū ē: anima
 mea in manib⁹ meis: tanq; eam viuificā
 dam offerret deo. Unde alibi dicit: Ad te
 leuaui animā meam: Dixerat enī et hic su
 perius: viuifica me. **P**osuerunt: in
 quit: pctores laqueū mihi: et a mā
 datis tuis nō erraui. Ubi hoc nisi qd
 eius aīa in manibus dei: vel in suis viuifi
 cāda offert deo: **H**ereditate acqui
 sui testionia tua in eternū: Nōnulli
 vno verbo volentes dicere qd vno verbo
 in greco positū est: hereditaui interpretati
 sunt. Quō si et latinū esse posset: magis sig
 nificaret eū qui dedit hereditatē q̄ eum
 qui accepit: vt sic eēt: hereditaui: quō dita
 ui. **A**del⁹ ergo duobus verbis insinuat in
 teger sensus: siue dicat hereditate possedi:
 siue dicat hereditate acq̄sui: nō heredita
 tē s; hereditate. Si aut̄ q̄rit qd adquisierit
 hereditate: testionia inqt tua: qd volens
 intelligi: nisi vt testis dei fieret: eiusq; testi
 moia p̄fiteret: id ē vt martyr dei fieret: atq;
 ei⁹ martyria diceret: sicut martyres dicūt a
 patre sibi cui⁹ heres est esse collatū. **M**ul
 ti quippe voluerūt neq; potuerūt: nulli tñ
 potuerūt nisi qui voluerunt: Quia nō po
 tuissent si fidei testionia negare voluissent:
 S; etiam ipsorū pparata est volūtas a do
 mino. Ideo hec hereditate se acq̄sisse iste
 testatur: et hoc in eternū: quia nō est in eis
 gloria temporalis boīum vana querentiū:

Alia lra
flegem tuā.

Alia lra.
de.

Alia lra.
quaq.

meditationem plerumque aie languoribus impe-
 diri. **A**diuva me: inquit: et saluus
 ero: et meditabor in iustificationibus
 tuis semper. **S**preuisti omnes:
 Vel quod de greco diligenti videtur expressum.
 Ad nihilum deduxisti omnes disceden-
 tes a iustificationibus tuis: quia i-
 iusta cogitatio eorum. Ideo ergo clama-
 uit: adiuua me et saluus ero: et meditabor
 in iustificationibus tuis semper: quia in nihi-
 lum redigit deus omnes discedentes a iustifi-
 cationibus suis. Quare autem discedunt? Quia
 iniusta est inquit cogitatio eorum. Ibi acce-
 ditur: ibi discedit. Omnia opera vel mala:
 vel bona a cogitatione procedunt. In cogi-
 tatione quisque innocens: in cogitatione reus
 est: propter quod scriptum est. Cogitatio sancta
 seruabit te. Et alibi legitur. In cogitationibus
 impij interrogatio erit. Et apostolus: Cogitatio-
 nibus autem accusantibus: aut etiam excusanti-
 bus. Ubi autem felix est: qui in cogitatione mi-
 ser est: Aut quomodo ibi non miser est: qui ad nihi-
 lum redactus est? Magna quippe est steri-
 litas iniquitas: merito dictum est: confundant
 iniqui facientes vane: id est inaniter: tanquam
 redacti in nihilum. Sequitur in psalmo: **P**re-
 uaricantes et deputaui vel putauit vel
 existimaui omnes peccatores ter-
 re: Multis enim modis nostri interpretati sunt
 unum verbum grecum: quod est λογισμα: scilicet
 profunda est ista sententia: et si adiuuerit do-
 minus oppositio disputatio alia penetranda
 est. Nam et quod additum est. **P**ropterea
 dilexi testimonia tua semper. Multo
 amplius eam profunda facit. Sicut enim ap-
 postolus: Lex iram operatur. Huiusmodi dicti-
 ratione reddens: vbi enim non est lex inquit nec
 preuaricatio: ita ostendens non omnes esse preuara-
 tores. Non enim omnes habent legem. Non autem
 omnes habere legem: alio loco euidenter ait:
 Qui sine lege peccauerunt sine lege peribunt.
 Quid sibi ergo vult: preuaricatores deputa-
 ui omnes peccatores terre? Sed hic questionem
 proposuisse suffecerit: alio si deus donauerit
 sermone tractandam: ne huiusmodi pleritas eam
 cogat angustius explicari: quam vt bene possit
 quod explicatur intelligi.

ExPLICIT sermo vicesimusquartus. **I**n-
 cipit sermo vicesimusquintus de versu psal-
 mi: Preuaricantes reputaui omnes peccato-
 res terre vsque ad iudicium enim tuis timui.

Querimus si deo largiente inuenire
 possimus quomodo intelligendum sit quod in
 isto psalmo magno dictum est: Pre-

uaricatores: vel potius preuaricantes: Breuius
 enim παραβαίνοντες ait: non παραβάτες
 Querimus quomodo intelligendum sit. Preua-
 ricantes et deputaui omnes peccatores terre:
 Propter quod ait apostolus: Ubi enim lex non est:
 nec preuaricatio. Hoc autem dixit cum a lege per-
 missa distingueret. Nam vt de superioribus sen-
 sus plenior colligat: non enim per legem inquit
 permissio Abrae: aut semini eius vt heres
 esset mundi: sed per iusticiam fidei. Si enim qui
 per legem heredes sunt: exinanita est fides: et
 euacuata est permissio: lex enim iram operatur.
 Ubi enim non est lex nec preuaricatio. Ideo
 ex fide: vt secundum gratiam firma sit promissio
 omni semini: non ei tantum quod ex lege est:
 sed et ei quod ex fide est Abraham: qui est
 pater omnium nostrum. Cur hoc apostolus ait: ni-
 si vt ostenderet legem sine permissiois gra-
 tia: non solum non auferre verum et augere pecca-
 tum: Unde et illud est: Lex subintravit vt
 abundaret delictum. Sed quia omnia per gratiam
 dimittuntur: non solum que sine lege: ve-
 rum etiam que in lege commissa sunt: ideo ibi
 securus adiunxit: Ubi autem abundauit deli-
 ctum superabundauit et gratia: Non itaque pre-
 uaricantes deputat omnes peccatores apostolus:
 sed eos tantum preuaricantes deputat qui trans-
 grediuntur legem. Ubi enim non est lex inquit: nec
 preuaricatio: ac per hoc secundum aposto-
 lum: omnis quidem preuaricator est pecca-
 tor: quia peccat in lege: sed non omnes pecca-
 tor est preuaricator: quia peccant aliqui sine le-
 ge: vbi autem non est lex nec preuaricatio. Por-
 ro si nemo sine lege peccaret: non idem ipse
 apostolus diceret: Quicumque sine lege pec-
 cauerunt: sine lege peribunt. Secundum vero istum
 psalmum. si preuaricantes sunt omnes pecca-
 tores terre: nullum est vtiq; sine preuaricatione pec-
 catum. Nulla est autem preuaricatio sine lege: nul-
 lum est igitur nisi in lege peccatum. Qui er-
 go dicit: preuaricantes deputaui omnes pecca-
 tores terre: nullos esse omnino nisi qui le-
 gem transgressi sunt vult intelligi peccato-
 res: et ob hoc aduersatur ille qui dixit: Qui-
 cumque sine lege peccauerunt sine lege peribunt.
 Secundum illud quippe sunt aliqui pecca-
 tores: quibus non sint preuaricatores: id est qui
 sine lege peccauerunt. Ubi enim non est lex:
 nec preuaricatio. Secundum istum autem nul-
 lus est sine preuaricatione peccator: quia pre-
 uaricantes deputat omnes peccatores terre.
 Nullus ergo secundum istum sine lege pecca-
 uit: quia vbi non est lex: nec preuaricatio.
 An forte dicturi sumus: verum quidem esse quod

Alia lra
 reputaui.

Alia lra
 iusticijs.

Alia lra.
 reputaui

Alia lra.
 Ideo.
 non habet.

cit: legē nō habētes: sine lege peccauerūt: sine lege peribūt: fm id vero qd ait: ipsi sibi sunt lex: nō immerito puaricatores estimant omnes pctōres terre. Nullus enī est qui faciat alteri iniuriā: nisi qui fieri sibi nō lit: et in hoc trāsgredit nature legē: quā nō finit ignorare duz id qd facit nō vult pati. Nāqd aūt lex ista naturalis nō erat in populo israel: Erat plane: quoniā et ipsi homines erāt. Sine lege aūt naturali essent: si preter naturam humani generis esse potuissent. Multo magis ergo puaricatores facti sunt lege diuina: qua naturalis illa siue instaurata: siue aucta: siue firmata sit. Jam vero si in omib⁹ peccatorib⁹ terre nō incōgrue deputātur et paruuli ppter originalis vincula peccati: etiā ipsi in similitudine puaricatiōis Ade: ad illā puaricatiōne pertinerere mōstrant: que data lege in paradiso pma cōmissa est: ac per hoc recte nullo proorsus excepto puaricatores estimant omnes peccatores terre. Omnes autē peccauerūt et egent gloriā dei. Omnes igit puaricātes gratia saluatoris inuenit: alios maius: alios min⁹. Quāto enī legis maior in quocūq; cognitio: tāto minor peccati excusatio: quāto minor peccati excusatio: tanto manifestior puaricatio. Restabat ergo vt omib⁹ non sua sed dei: id ē a deo donata iusticia subueniret. Tū ait apostolus: Per legē cognitio peccati. Non ergo ablatio sed cognitio. Nunc aūt sine lege inqt iusticia dei manifestata est: testificata per legē et pphetas. Proinde etiā iste subiunxit: Propterea inquit: dilexi testimonia tua. Tāq; diceret. Quoniā lex: siue in paradiso data: siue naturaliter insita: siue litteris pmulgata: puaricatores fecit omnes peccatores terre: ppterrea dilexi testimonia tua: que sunt in lege tua de gratia tua: vt non sit in me iusticia mea sed tua. Lex enī ad hoc prodest vt mittat ad gratiā: nō solū enī quod attestat manifestā de iusticie dei que sine lege est: verū etiam hoc ipso qd puaricantes fecit: ita vt etiā quos littera occidit ad viuificantē spiritū cōfugere timore cōpellat: per quez peccatorū deleat vniuersitas: et recte factoruz caritas inspiret. Propterea inquit dilexi testimonia tua. Quidā codices habēt sp: quidā nō habēt. Sz si est sic: accipiē dū est sp: vt sic intelligat: Qdū hic viuif. Hic sūt enī testimonia necessaria de lege et pphetis attestātia iusticie dei qua iustifica-

Alia lra.
13do.

mur gratis: hic sūt et nra testimonia necessaria: pro quib⁹ ipsam que hic agitur vitā martyres finierunt. Cognita itaq; dei grā que sola liberat a puaricatōe: que legis cōgnitiōe cōmutat: orando dicit: **Confige clauis a timore tuo carnes meas.** Sic enī expressius interpretati sunt quidam nostri: qd grece vno verbo dici potuit: id est $\chi\sigma\theta\eta\lambda\omicron\sigma\omicron\mu$: Hoc alij cōfige dicere voluerūt: nec addiderūt clauis: atq; ita dum volūt vno verbo greco vnū latinum interpretando reddere sententiā minus explicauerūt: qm̄ in eo quod est cōfige nō sonant clauis: $\chi\sigma\theta\eta\lambda\omicron\sigma\omicron\mu$ autē sine clauis intelligi nō pōt: nec nisi duob⁹ verbis latine dici pōt: sicut dictum est: cōfige clauis. Vbi quid vult intelligi: nisi qd ait apostolus: **Ubi autē absit gloriari nisi in cruce dñi nri Jesu christi: per quē mihi mūdus crucifixus est: et ego mundo: Et iterū christo inquit confixus sum cruci: Vivo autē iam nō ego: viuūt vero in me christus.** Qd qd est aliud: nisi nō est in me iusticia mea: que ex lege est: in qua puaricator effectus sum: sed iusticia dei: id est que mihi ex deo est: non ex me: Sic quippe in me viuūt non ego sz christus: qui factus est nobis sapiētia a deo: et iusticia: et sanctificatio: et redēptio: vt quēadmodū scriptū est: qui gloria tur in dño gloriatur. Item dicit: **Qui autē sunt Jesu christi: carnē suā crucifixerūt cū passionib⁹ et concupiscētis.** Cum hic dictum sit qd ipsi crucifixerunt carnes suam: in isto tñ psalmo deus rogat vt id faciat: cui dicit: **Confige clauis a timore tuo carnes meas: vt intelligam⁹ etiaz id qd recte facim⁹ gratie dei esse attribuenduz: qui in nobis operat et velle et operari pro bona volūtate.** Sed quid sibi vult quod cū dixisset: **Confige clauis a timore tuo carnes meas:** Addidit: **A iudicijs enī tuis timui:** Quid ē cōfige a timore tuo: Timui enim. Si enī iaz timuerat vel timebat: cur adhuc vt a timore suo de⁹ crucifigeret carnes suas orabat: An addi sibi volebat timorem: vt tantū timeret: quantū sufficeret crucifigēdis suis carnib⁹: id est cōcupiscētis: affectibusq; carnalib⁹: Tāq; dices: **Perfice in me timorē tuū: timui enī a iudicijs tuis.** Sz ē hic ali⁹ altior sensus quātū de⁹ donat scrutato sinu scripture hui⁹ eruedus. **Cōfige inquit clauis a timore tuo carnes meas: a iudicijs enī tuis timui: hoc est a timore tuo casto: qui pmanet in sc̄m se-**

Alia lra.
† nō habet.

rat in abundantia sua: nō moueboz in eter-
 num: auertit faciē suā z factus est cōturba-
 tus: sibiq; monstrat. Quisquis igit a timo-
 re dei casto crucifixas habet carnes suas:
 et nulla carnali corruptio illecebra: facit iu-
 diciali opusq; iusticie: orare debet ne aduer-
 santib; tradat: id est ne timēdo perpeti ma-
 la: ad faciēda mala persequētib; cedat.
 A quo enim accipit victoriā cōcupiscētie
 ne voluptate pertrahat: ab illo etiā robur
 patiēne ne dolore frangat: qm̄ de quo di-
 citur: dñs dabit suauitatē: de illo etiā dici-
 tur: ab ipso est enī patiētia mea. **Beniq; se-
 quit.** **Excipe seruū tuū in bono:**
vt non calūniēnt me superbi. Illi
 impellūt vt cadā in malū: tu excipe in bo-
 num: Qui aut̄ interpretati sunt nō calūniē-
 tur me: grecā locutionē secuti sunt: latine
 lingue istinus vsitata. An forte hāc habet
 vim: cū dicit non calūniēnt me: q; habe-
 ret si diceret: non me capiant calūniādo:
 Multe aut̄ posset intelligi calūnie super-
 boz: a quib; humilitas christiana respicit:
 sed illa vel maxima est: si hoies hoc loco
 excipiuntur superbi: q; a nobis mortuū ca-
 lūniēnt coli. Humilitas quippe ipsa chri-
 stiana christi morte insinuat: cōmendatq;
 diuinit̄. Hec aut̄ calūnia vtriusq; infideli-
 bus: id est iudeis: gētib; q; cōmunis est.
 Habent calūnias suas etiā heretici singu-
 lis quibusq; heresib; pprias: Habēt z sal-
 mati: quos omnes superbia de membrorū
 christi cōpage precidit. Ipsius aut̄ diabo-
 li calūnia quāta vel qualis sit: qua calū-
 niatus est iusto dicēs: Nunquā gratis colit
 Job dñm: Quorū omnīū calūnie super-
 bozū tanq; colubrozū venena dicūtur: cū
 vigilantissima z diligentissima pietate chri-
 stus crucifixus attendit. Propter qd̄ figu-
 randū Moyses deo miserate ac iubēte ex-
 altauit in heremo similitudinē serpētis in
 ligno: vt similitudo carnis peccati crucifi-
 genda pfiguraret in christo. Hanc intuē-
 tes saluterā crucē omne calūniātū super-
 boz virus expellim̄. Quam prozsus etiā
 iste quodāmodo valde intente intuēs ait:
**Oculi mei defecerūt in salutare
 tuū: et i eloquiū iusticie tue.** Christū
 quippe ipsum deus ppter similitudinē car-
 nis peccati: pctm̄ p nobis fecit: vt nos si-
 mus iusticia dei in ipso. In huius igit elo-
 quiū iusticie dei defecisse dixit ardēter ocu-
 los suos: z sitienter intuendo dum memor
 infirmitatis humane: diuinā christi reside-

Alia
 Quispe.
 bona
 habet.

rat gratiā: Propter qd̄ sequit: **Fac cū
 seruo tuo p̄m misericordiā tuā: Nō
 vtq; p̄m iusticiā meā. Et iustificatōes
 inquit: tuas doce me.** Illas proculdu-
 bio quibus deus facit iustos: non ipsi se.
Seruus tuus sum ego: Necq; enī
 bene mihi cessit: qm̄ esse volui liber meus:
 nō seruus tuus. **Va mihi intellectus
 vt sciam testimonia tua.** Nūq; inter-
 mittēda est ista petitiō. Non enī sufficit ac-
 cepisse intellectū: z dei testimonia didicis-
 se: nisi semper accipiat: et quodāmo semp
 bibatur de fonte lucis eterne. Testimonia
 quippe dei quāto sit quisq; intelligētior: tā-
 to magis magisq; sciuntur. **Tempus
 inquit: faciēdi dño:** Id enī plures codi-
 ces habēt: nō vt quidā dñe: Quod ergo
 tēpus vel qd̄ faciēdi voluit intelligi dño:
 Illud quidē quod pauloātē dixerat: **Fac
 cum seruo tuo p̄m misericordiā tuā:** hoc fa-
 ciēdi tempus dño. Quid est aut̄: nisi gra-
 tia que in christo suo tpe reuelata est: **Be-
 quo tpe ait apostolus: Cum aut̄ venit ple-
 nitudo t̄pis misit deus filiū suū. Propter
 qd̄ alibi etiā testimoniū suū p̄pheticū adiū-
 gens: vbi dixit: Tempore acceptabili ex-
 audiui te: et in die salutis adiuui te: Ecce
 nunc inq̄t t̄ps acceptabile: Ecce nūc dies
 salutis. Sed quid est q; tanq; volēs ostē-
 dere tempus dño esse faciēdi: cōtinuo sub-
 iunxit: **Dissipauerūt legē tuā.** Velut
 p̄pterea tempus esset faciēdi dño: q; eius
 legem dissipauerūt superbi: qui ignorātes
 dei iusticiā z suā querētes statuere: iusticie
 dei nō sunt subiecti: Quid est enī: dissipa-
 uerūt legē tuā: nisi p̄uaricatiōis iniquita-
 te eius integritatē nō custodierūt: **Opor-
 tebat ergo vt superbis z de libertate sui ar-
 bitrij presumētib; lex daret: qua p̄uarica-
 ta quicūq; cōpuncti humiliarent: nō iam
 per legē: sed per fidē ad subueniētē curre-
 rent gratiā. Dissipata ergo lege tēpus fuit
 vt per vnigenitū filiū dei misericordia mit-
 tere. Lex enī subintravit vt abūdaret de-
 lictū: quo delicto lex dissipata est: et opor-
 tuno itz tempore christus aduenit: vt vbi
 abundauit delictum superabūdaret gra-
 tia. Ideo inq̄t: **dilexi mādata tuā:
 super aurū z topazion.** Id agit gra-
 tia: vt dilectiōe impleant mādata dei: que
 timore nō poterāt. Gratia quippe dei dis-
 fundit caritas in cordib; n̄ris per spirituz
 sc̄m qui dat̄ est nobis. Propter qd̄ z ipse
 dñs dicit: **Nō veni legē soluere: sed adim-******

plere. Et idē apostolus: Plenitudo legis caritas est. Ideo super aurū et topazion. Hoc enī z in alio psalmo legimus: Super aurum z lapidē preciosum multū. Topazion quippe lapidē multū perhibent esse preciosum. In testamēto autē veteri latētem gratiā tanq̄ velo interposito nō intellegites: quod significabat quādo in faciez Moysi intendere nō valebāt: ppter mercedē terrenā atq̄ carnalē dei mādāta face re conabant: neq̄ faciebāt: qz nō ipsa sed aliud diligebāt: vnde illa non erant opera volentiū: sed onera potius inuitoꝝ. Cum vero ip̄a mādāta diligunt sup aurum z lapidē preciosum multū: omnis pre ip̄is mādātis terrena vilis est merces: nec vlla ex parte comparātur quecūq̄ alia hominis bona: his bonis quibus ipse fit bonus homo. **P**ropterea inquit: ad omnia mādāta tua **corrigebar**: Utiq̄ corrigebar: quia diligebam: atq̄ illis rectis vt etiā ipse rectus fierem: dilectōe coherebā. Nam illud quod adiungit cōsequēs erat. **Omnem inquit: viam iniquitatis odio habui.** Unde enī fieri poterat vt iniquā viam non odisset: diligēs rectam: Nam sicut aurū z lapidē precie sum si diligeret: odisset profecto quicqd ei talīū rerū damnū posset inferre: Ita quoniā dei mādāta diligebat: iniquitatis viam odio habuit: quēadmodū aliqd immanissimū marini itineris saxum: vbi tam preciosarū rerum necesse est pati naufragiū: Qd vt nō cōtingat longe inde velificat: qui in ligno crucis cū mādatorū diuinorū mercibus nauigat.

Alia lra.
t dirigebat.

Alia lra.
t iniquam.

Explicit sermo vicesimussextus.
Incipit sermo vicesimussseptimus de versu psalmi: Mirabilia testimonia tua domine zc.

Uerba psalmi hec sunt: de quib⁹ adiuuante dño disputaturi sumus. **Mirabilia testimōia tua: propter hoc scrutata est ea anima mea.** Quis enumerat saltē generatim testimonia dei: Celum z terra visibilia opera eius: dicūt quodānō testimoniū bonitatis et magnitudinis eius: et ipse cursus frequēs v̄sitatufq̄ nature: quo tempoz rapacitas voluit: in rerum quarūcūq̄ generibus: quib⁹ temporalib⁹ atq̄ mortalibus que certe cōsuetudine viluerūt: si pius cōsiderator aduertat: phibet testimoniū creatori. **Quid autē horū est quod nō sit mira-**

Alia lra.
t domine.
t ideo.

bile: si vnūquodq̄ nō vsu sed ratione metiamur: Si vero tanq̄ sub vnus contemplatiōis aspectu velut audeam⁹ cuncta cōtueri: nonne fit in nobis quod ait p̄beta: **Consideraui opera tua z expaui:** Et tamē iste nō est ipsa rerum admiratiōe perterritus: sed etiā potius dixit esse causam: cur ea debuerit scrutari: quia mira sunt: Cum enī dixisset: **Mirabilia testimonia tua: secut⁹ adiūxit:** ppter hoc scrutata est ea anima mea: quasi factus sit ipse per inuestigādi difficultatē curiosior. Quāto enī queq̄ res abstrusiores habet causas: tāto est mirabilior. Si ergo nobis homo talis occurrat: qui ppter hoc dicat se scrutari testimonia dei: qz mirabilia sunt: cū plena sit eis: z que conspicit: et que nō cōspicit vniuersa creatura: nonne compescim⁹ eum dicētes: **Altiora te ne quesieris: z fortiora te ne scrutatus fueris:** sed que precepit tibi dñs illa cogita semp: Sed si nobis respōdeat z dicat: **Hec que precepit dñs: z que iubet vt cogitētur: mirabilia sunt eius testimonia:** eum quippe z dñm qz iubet: et bonū z magnū: qz talia iubet: esse testant: nunqd audebim⁹ hoīem ab eoz scrutatiōe reuocare: ac nō potius vt sedulo id agat: et tante rei operā: quātū potest impēdat hortabimur: **An forte dei p̄cepta testimonia quidē bonitatis ei⁹ esse fatebimur: sed mirabilia esse negabim⁹?** Quid enī mirū: si bona imperat bonus dñs: Immo vero idipm est omnino mirandū: et cur ita sit perscrutandū: qz cū deus bonus bona preceperit: eis tñ dederit bonā legē: quos eadē lex viuificare nō posset: nec vlla esset ex bona lege iusticia. Si enī data esset lex que posset viuificare: omnino ex lege esset iusticia. Cur ergo data ē que viuificare nō posset: ex qua esset nulla iusticia: Nampe mirandum est: nempe stupēdū. **Hec sunt ergo mirabilia testimonia dei: ppter hoc hui⁹ anima scrutata est ea: quoniā deinde nō ei dici possit: Fortiora te ne scrutatus fueris: et que precepit tibi domin⁹ illa cogita semper.** Ipsa sunt enī que p̄cepit nobis domin⁹: et ideo cogitāda sunt semp. **Potius itaq̄ videamus hui⁹ anima que scrutata est: quid inuenit?** **Manifestatio inquit: verborū tuorum illuminat: et intelligere facit paruulos.** Quid est paruulus: nisi humilis z infirm⁹? Noli ergo superbiere: noli de tua que nulla est virtute psuimere: et intelliges quare sit a bono deo bo-

Alia lra.
t Dedar
sermonū
t intellect
dat paulu

Alimus
tamē viuificare nō p
vite ad faciendā legē
ad grāiā cōfugā
merito dei quī in
mādo intellexit bu
apostolog⁹
idē dō dāta legē
cōcūctū ser
pōtēte: vt p̄mūto et fid
Ita dñs: ua
quod nō possit
quod nō nisi per mā
vt cū hoīes p̄ sua v
omne os o
magis videt. Sin
omne mundue
et lege omne caro c
nōcōgnita est: testim
Dec sunt m
quē scrutata est
vt dñs inuenit: qz vni
Quis enī
ita tua sicut faciendā sunt: id est
que per solentōē dei operat: nō
code per sp̄m sanctū ip̄a volent
est: hoc enī iste puulus cōfite
aperit et ait: v
mādāta tua delibābā. G
libat: nisi facere mādāta vni
ōrat vñ faceret: nisi vñ faceret
ne magna. Aperit os cōfite q
ple nō faceret: nisi vñ faceret
ruit os petendū: quē dō polū
tūc dante sp̄m bonū: vnde fac
p̄cipm nō potat: mādātū sc̄m
t bonū. Si enī nos cū sim⁹ mal
bona data dare filijs nris: quā
pat noster de celo dabit sp̄m
trōd⁹ cū: Non enī qui sp̄m
quē dō sp̄m dei agunt: hī sūt i
qz ip̄m agit: sed ne nihil bon
bono ignis vāgnit. Nam tan
efficit quib⁹ sim⁹ bon⁹: quāto
dāt a p̄cipit bon⁹. Bonus vñ
t Dedar
sermonū
t intellect
dat paulu
ad huc ad partē pulu. et quē
quāto sumus sc̄m: tanto
vñc sint. Audi vñc sima.
in me: et miserere mei:
vñ diligētū nomen tuū.
quāto in eos fecit: quā

na lex data: que tamē viuificare nō possit. Ad hoc enī data est: vt te de magno paruulū faceret: vt te ad faciendā legē vires de tuo non habere mōstraret: ac sic inops indignus z egenus ad gratiā cōfugeret et clamaret: Misere mei dñe qm̄ infirmus sum. Hoc ergo scrutādo intellexit hic paruulus: quod minim⁹ apostolorū Paulus: id est paruulus ostēdit: ideo datā legē que viuificare non posset: qz cōclūdit scriptura omnia sub peccato: vt pmissio ex fide Iesu christi daret credētib⁹. Ita dñe: ita fac misericors dñe: impera quod nō possit impleri: imo impera quod nō nisi per tuā gratiā possit impleri: vt cū hoies p suas vires id adimplere nequuerūt: omne os obstruat et nemo sibi magnus videat. Sint omnes paruuli: et reus fiat omnis mundus tibi: qz non iustificabit ex lege omnis caro corā te. Per legē enī cognitio peccati: nūc autē sine lege iusticia tua manifestata est: testimoniu z habēs a lege z pphetis. Hec sunt mirabilia testimonia tua: que scrutata est anima paruuli hui⁹: et ideo inuenit: qz humiliat⁹ est: z paruulus fact⁹ est. Quis enī facit mā data tua sicut faciendā sunt: id est ex fide que per dilectionē dei operat⁹: nisi eius in corde per spiritū sanctū ipa dilectio diffundat⁹. Hoc etiā iste paruulus cōfiteat. Os meū inquit: aperui et attraxi spūm: qz mā data tua desiderabā. Quid desiderabat: nisi facere mā data diuina: Sed nō erat vñ faceret: infirm⁹ forma: et paruulus magna. Aperuit os confitēs qz per se ipse nō faceret: z attraxit vñ faceret. Aperuit os petendo: querēdo: pulsando: et sitiētis hausit spiritū bonū: vnde faceret: qd p seipm̄ nō poterat: mā datū sc̄m̄: z iustū: et bonū. Si enī nos cū sim⁹ mali: nouim⁹ bona data dare filiis nris: quantomagis pater noster de celo dabit spiritū bonū petentib⁹ eū: Non enī qui spiritu suo agūt: s̄ quotquot spū dei agunt: hi filij sunt dei: nō qz ipi nihil agūt: sed ne nihil boni agant a bono agūtur vt agant. Nam tantomagis efficit quisqz filius bon⁹: quāto largius ei dat⁹ a p̄re spirit⁹ bon⁹. Benic⁹ iste adhuc petit: Os quidē aperuit z attraxit spiritū: s̄ adhuc ad patrē pulsat et querit: Bibit: sed quāto suauius sensit: tanto ardentius adhuc sitit. Audi vba sitiētis. Respice in me et miserere mei: s̄m̄ iudiciū diligētū nomē tuū. Id est s̄m̄ iudiciū quod in eos fecisti: qui diligūt no-

Alia lra
aspice.

men tuū: quoniā vt diligeret te prius dilexisti eos. Sic enī Joānes ap̄lus: Hos diligim⁹ inquit: Et velut causa quereretur: quare nos diligere fecit: adiūxit: Quoniā ipse prior dilexit nos. Vide z iste quid apertissime dicat: Bressus meos dirige s̄m̄ eloquiū tuū: z non dominet mei omis iniquitas. Ubi qd aliud dicit: s̄ rectū z liberū me fac s̄m̄ pmissum tuū: Quāto enī magl regnat in vnoquoqz dei caritas: tāto minus ei dominat iniquitas. Quid ergo aliud petit: s̄ vt donante deo diligat deū: Diligēdo enī deum: diligit seipsum: vt diligere salubriter possit: et proximū sicut seipm̄: In quib⁹ preceptis tota lex pendet z pphete. Quid igi orat: nisi vt p̄cepta que deus imponit iubendo: impleri faciat adiuuādo: Sed quid est qd dicit: Redime me a calūnijs hominū: vt custodiā mā data tua: Si vera illi hoies crimina obijciunt nō calūniant. Si falsa: quid est qz se redimi desiderat a calūnijs: id est a criminib⁹ falsis: que illi nocere nō possunt: Crimen quippe falsum quod est calūnia: reum nō facit hominē: nisi apud iudicē boiem. Ubi autē deus iudex est: nullus falso crimine ledit⁹: qz nō cui obijciat: sed obijcienti potius imputat. An hic ecclesie presignat oratio et vnuer si populi christiani qui redemptus est a calūnijs hominū: quibus exagitabant vsqz quaqz christiani: Sed nunqd p̄pterea dei mā data nō custodit: Nōne inter ipsas calūnias qm̄ seruebāt: multo gloriofius populus sanctus in tribulatiōib⁹ dei mā data seruabat: cum ad perpetrādas impietates persequētib⁹ nō cedebat: Sed nimirū hoc est: redime me a calūnijs hominum: vt custodiam mā data tua. Tu age infuso spiritu tuo: ne me calūnie hominum terribus vincāt: et a tuis mā datis ad sua mala facta traducāt. Si enī hoc mecū egeris: id est hoc modo me ab eorum calūnijs: ne criminatōes eoz falsas quas obijciūt per timescam: cū patiētia donata redemeris: inter ipas calūnias custodiā mā data tua. Faciē tuā inquit: illumina sup seruum tuū: Id est tuam manifesta: subueniēdo et opitulādo presentā. Et docendo iustificationes tuas. Voce vna vt faciā quod euidētus alibi legit: Voce me vt faciā volūtātē tuā. Qui enī audiūt licet memoria teneant quod audiunt: nequaqz didicisse putādi sunt si non faciūt.

Alia lra.
in iusticia.

Alia lra
doce me.

res obliti sunt: *πεω Τεποσ* est enim grecuz: qd est etia in illo loco vbi dicitur: In quo corrigat iunior via sua. Hoc aut nomē cōparatiuū est: et ideo bene intelligit in cōparatione maioris. *Buos* q̄ p̄pos hic agnoscamus: qui etia in Rebecce vtero luctabant: qm̄ nō ex operibus: sed ex vocante dicitur ei: *Maior* seruiet minori. Sed cōtempitū se dicit hic iunior: ideo factus ē maior: qz ignobilia et cōtempribilia mūdi elegit de: et ea q̄ non sunt tanq̄ sint: vt q̄ sunt euacuent: et ecce sunt nouissimi qui erāt primi: et p̄mi qui erant nouissimi. Nec in merito obliti sunt verborū dei qui suā iusticiā constituere voluerūt ignorātes iusticiam dei. *Iste aut iunior nō est oblitus: quia nō suā voluit habere iusticiā: sed dei.* De qua etia nūc dicit: **Iusticia tua iusticia i eternū: et lex tua veritas.** Quō em̄ nō veritas lex: p̄ quā cognitio peccati: et que testimoniū p̄hibet iusticie dei. Sic em̄ dicit apostolus: *Iusticia dei manifesta est: testificata p̄ legē et p̄phas.* Propter hāc passus ē p̄secutione iunior a maiore: vt diceret iunior qd sequit: **Tribulatio et necessitas inuenerūt me: mādāta tua meditatio mea est.** Seuiat: p̄sequatur: dū tamē mādāta dei nō relinquātur: et ex ip̄is mādatis etia qui seuiunt diligant. **Iusticia testimonia tua in eternū: intellectu da mihi et viuā.** Intellectū poscit iste iunior: quē si nō h̄iet: non sup̄ seniores intelligeret: sed eum poscit in tribulatiōe et necessitate: quo intelligat q̄ sit cōtempnēdū qd ei possunt auferre p̄sequentes inimici: a quib⁹ se dicit esse cōtempitū: *Ideo dixit: et viuam: qz si eo vsq̄ tribulatio necessitasq̄ puenit: vt p̄ inimicorū p̄sequētuz manus vita ista finiat: viuet i eternū qui t̄p̄alibus p̄ponit iusticiā que manet in eternū: q̄ iusticia in tribulatiōe et necessitate martyria sūt dei: hoc est testimonia: pro quib⁹ sunt martyres coronati.*

Explicit sermo vicesimoseptimus.
Incipit sermo. XXIX. de eo quod sequitur: Exclamaui in toto corde: exaudi me domine etc.

Clamor ad dñm qui fit ab orātib⁹: si sonitu corporalis vocis fiat: nō intento i dñm corde: quis dubitet inaniter fieri: Si autē fiat corde: etiaz silente corporis voce: alium quēlibet hominē potest latere: non deū. Siue ergo cū voce carnis qm̄ id opus est: siue cū silentio ad deū cum

oramus: corde clamandū est. Est aut clamor cordis: magna cogitationis intentio. Qui cū est in oratiōe: magnū exprimit desiderātis et petentis affectū: vt nō desperet effectū. Tunc porro in toto corde clamat: qm̄ aliunde nō cogitat. Tales orōnes rare sunt multis: crebre autem pacis: *Utrū vō cuiq̄: nescio.* Talē suā cōmemorat orationē qui cantat hūc psalmū: dicēs. **Clamau i toto corde exaudi me domine: Cui em̄ rei suus clamor p̄ficiat: adiuu.** **Iustificaciones tuas requirā.** Ad hoc ergo clamauit in toto corde suo: et hoc sibi desiderauit a domino exaudiente p̄stari: vt iustificatiōes eius exquirat. Pro inde qd vt faciamus iust: vt exquiramus orat. *Quilongē est adhuc a faciēte q̄ exquirat: Non em̄ ē p̄sequēs vt q̄ exquirat: inueniat: aut qui inuenit: faciat.* Nō aut potest nisi inuenit: facere: et nisi que fieri: inuenire. Sed magnā spem dñs Iesus dedit dicēde: *Querite et inuenietis.* Rursus aut dicit sapiētia (que quid ē nisi ip̄e) *Querēt me mali: et nō inueniet.* Nō ergo malis sed bonis dictū ē: *Querite et inueniet.* Inimico vō eis dictū ē quib⁹ eodē loco paulopost: *Si ergo vos inquit cū sitis mali: nostis bona data dare filiis vestris: quomodo igitur malis dicit: Querite et inuenietis: cum rursus dicat: Querēt me mali et nō inueniet.* An aliud eos dñs q̄ sapiētiam querere volebat: qm̄ eos inuēturos si quererēt p̄mitterebat: In ea quippe sunt omnia que ab eis q̄ beati esse cupiūt inquirēda sunt. Ibi ergo sunt et iustificatiōes dei. Quapropter restat vt intelligam⁹ nō omnes malos nō inuenire sapiētiam si q̄sierint: sed eos q̄ intātū sunt mali vt oderint eam. Sic em̄ et dixit: *Querent me mali et nō inueniet: Oderūt em̄ sapiētiam.* Ideo ergo nō inueniūt: qz oderūt. Sed rursus si oderūt quomō querunt: nisi qz non eam querūt p̄pter ipsam: sed p̄pter aliquid quod mali amant: et ad hoc se facilius putant p̄uenturos p̄ ipsam: *Multi em̄ sunt qui dicta sapiētie studiosissime inquirunt: eāq̄ in doctrina nō in vita volunt habere: vt non p̄ mores quos iubet sapiētia pueniant ad dei lucē qd ē ipsa sapiētia: sed p̄ sermones quos habet sapiētia pueniant ad hominū laudē: qd est vanagloria.* Nō ergo sapiētiam querunt: et quādo eam querunt: quia nō querūt ipsam: alioquin viuerent fm̄ ipsam: sed volunt verbis eius inflari. **Et quātomagis inflant: tantomagis**

Alla lra. t requirā.

Alla lra t angustia.

Alla lra t Equitas.

iudicij scipiat a domo domini: Et si initis a nobis: quis finis erit eis q̄ nō credūt dñi euāgelio: et vltimū tempus iudicij non erit sine misericordia: quia coronat te: aut psalmus: in miseratōe et misericordia. Iudicij aut sine misericordia: sed sinistris qui nō fecerunt misericordiā. **Appropinquauerunt:** inquit: psequetes me iniquitate: Vel sic nōnulli codices habēt: **Iniq̄:** Tūc appropinquāt qui psequūtur: qñ vsq̄ ad carnes cruciandā p̄mendāq̄ pueniūt. Tūc psalm⁹ vicesimus prim⁹ vbi passio dñi p̄betata est: Ne discedas inq̄t a me: quoniam tribulatio prima est: cum ea dicant que non imminente: sed iam p̄sente ip̄a passione p̄fessus est. S; proximā dixit tribulationem que fiebat in carne. Nihil est q̄pe anime p̄ius carne quam gestat. Propinquauerūt ergo psequetes: affligendo eorū carnem quos persequēbant. Sed attende quod sequit̄. **A lege autē tua longe facti sunt.** Quātomagis p̄pinquauerūt psequēdis iustis: tanto longe facti sunt a iusticia. Sed quid nocuerūt eis quibus psequēdo p̄pinquauerunt: quādo interior est p̄pinquatio domini eorum a quo nullatenus deserunt: **Beniq̄ sequit̄.** **Prope es tu domine: et omnes vie tue veritas.** Enā in tribulationibus suis q̄ eas non imerito patiūtur tribuere deo veritatē sanctorum est vsitata confessio: Ita regina Hester: ita sanctus Daniel: ita tres viri in camino: ita eorum sanctitatis aliū socij confitentur. Queri autē potest quomodo hic dictū sit: **Omnes vie tue veritas:** cum in alto psalmo legatur: **Uniuerse vie domini misericordia et veritas.** Si erga sanctos et uniuerse vie domini misericordia: et uniuerse vie domini veritas: q̄ et in iudicādo subuenit: atq̄ ita nō deest misericordia: et i miserando id exhibet quod p̄misit: ne veritas desit. Erga autē omnes et quos liberat et quos damnat: omnes vie dñi misericordia et veritas: quia vbi nō miseret vindicte veritas exhibet. **Adultos quippe imeritos liberat: immeritū autem neminem damnat.** **Ab initio cognoui:** inquit: **de testimonijs tuis: q̄a in eternū fundasti ea.** Qd̄ grecus ait: **απ' ἀρχῆς:** aliqui nostri ab initio: aliqui in initijs: interpretati sunt: S; qui pluraliter hoc dicere maluerūt: grecā locutionē secuti sūt: Latine autē lingue illud potius vsitatū est: vt ab initio vel in initio dicat: qm̄ **απ' ἀρχῆς**

Alia fra
ticipitari.

Alia fra
ticipitari.

græce quasi pluralis: sed aduerbialis dicit: quale est apud nos cū dicimus: alias hoc facio: pluralē numerū feminini generis dicere videmur: s; aduerbiū ē: et sicut alio tēpore. Quid est ergo ab initio cognoui: vel potius vt et nos aduerbialiter id dicam⁹: **Initio cognoui de testimonijs tuis:** quia i eternū fundasti ea: **Testimonia domini in eternū ab illo dicit eē fūdata:** et b se initio cognouisse testat: nec aliū de cognouisse q̄ d̄ ip̄o vti q̄ testimonijs. **Que sūt ista testimonia:** nisi q̄b⁹ testat⁹ ē d̄ datur se regnū suis filijs sempiternū: **Et q̄ b in vnigenito se daturū eē testatus est:** de q̄ dictū ē: **Et regni ei⁹ nō erit finis:** ip̄a testimonia dixit i eternū eē fundata: q̄ id qd̄ p ea deus p̄misit eternū eē. **Nā p seip̄a testimonia tunc nō erūt necessaria:** quādo res ip̄a videbit̄ p̄pter quā credendam nūc testimonia requirūtur: **Et id bene intelligit̄ dictū: fundasti ea:** q̄ in christo vera mōstrant. **Fundamentū eīm aliud nemo potest ponere p̄ter id qd̄ positum est:** qd̄ est christus Iesus. **Uñ hoc q̄ iste initio cognouit:** nisi q̄ ecclesia loquit̄ q̄ terris nō desuit ab initio generis hūani: cui⁹ primitie Abel sanctus est immolatus: et ipse in testimoniū futuri sanguinis mediatoris ab impio fratre fundendi. **Nāz illud ab initio dictū est:** **Erūt duo i carne vna:** Qd̄ magnū sacramentū ap̄lus Paulus exponens: **Ego inquit dico in christo et in ecclia.**

Explicit sermo vicesimus nonus.
Incipit sermo tricesimus: de versu psalmi. Uide hūilitatē meā et eripe me etc.

Nemo in christi corpore constitutus a se alienam arbitret esse hanc vocem. Quoniā reuera totum christi corpus in hac hūilitate positū dicit: **Uñ et psalmi huius incipit lectio: de qua nunc disputare suscepimus.** **Uide hūilitatem meā et eripe me:** q̄ legē tuā non sum oblitus. **Hoc loco nullā dei legē conueniētius intelligim⁹:** nisi q̄ immobilis fixū est: vt ois qui se exaltat hūiliet: et ois q̄ se humiliat exaltet. **Supbus q̄ malis vt hūiliet innectit: hūilis a malis vt exaltet eripitur.** **Judica:** inq̄t: **iudiciū meū et redime me:** Superior quodāmodo sententia repetita est. **Qd̄ enim ait: Uide hūilitatem meā:** hoc ē: **iudica iudiciū meū:** **Et qd̄ ait: eripe me:** hoc est: **et redime me.** **Qd̄ vō sup̄ dictū est: Quia legē tuā nō sum oblitus:** huic cōgruit qd̄ infra est. **Propter eloquū tuū viuifica me:** **Ip̄m. n. eloquū**

est lex dei: quā nō est oblit^o vt se exaltā dū
humiliaret. Ad ipam vō exaltationē perti-
net qđ ait: viuifica me: qđ sanctorū exalta-
tio vita eterna est. **Longe^t est:** inquit:
a peccatorib⁹ salus: qđ iustificatio-
nes tuas nō exquisierūt. Quis enim
te discernit: o tu qui dixisti: Longe est a pec-
catorib⁹ salus: Quis te discernit a pecca-
torib⁹: vt nō a te longe sit: sed tecū sit salus:
Hoc te nempe discernit: qđ id quod isti nō
egerunt: ipse fecisti: hoc est: dei iustificatio-
nes exquisisti. Quid em̄ habes qđ nō acce-
pisti: Nōne tu es qđ pauloan dicebas: Cla-
bemus loqui nō possumus. Habemus autē intus os: id est in corde: vnde quicqd̄ p̄cedit: si malū est inquinat nos: si bonū est mundat nos. Be ipso em̄ ore audistis: dñs euangelium legeret. Insultabāt enim iudei dñs: qz discipuli eius nō lotis manib⁹ māducabāt. Illi insultabāt qui mundiciā foris habebāt: et intus maculis pleni erāt. Illi insultabāt qz iusticia nō erat: nisi in oculis hominū. Bñs aut querit mūdiciā nostrā interiorez: que si fuerit necesse est vt q̄ foris sūt munda sint. Qñ dñs dicit alio loco. Tēru date elemosynas: et ecce omnia mūda sunt vobis. Cū aut p̄cedit elemosyna: Be corde. Si enim manū porrigas: nec in corde miserearis: nihil fecisti. Si aut in corde miserearis: etiā si nō habeas qd̄ porrigas manu: acceptat de⁹ elemosynā tuā. Illi aut iniqui foris querebāt mundiciā. Be talib⁹ erat etiā ille phariseus q̄ inuitauerat dominū: qñ accessit mulier que in ciuitate peccatrix erat et famosa: que lachrymis lauit pedes domini: terxit capillis: vnxit vngēto. Phariseus ergo q̄ inuitauerat dñm: et mūdiciā nō habebat: nisi forinsec⁹ corpi: corde aut plen⁹ erat iniquitate et rapina: dixit apud semetipm: Iste si esset p̄pheta: sciret q̄ mulier illi accessit ad pedes. Unde nouerat: vt sciret: an nesciret: Sed ideo eū nescire arbitrat⁹ est: qz non a se eā repulit. Si em̄ accessisset ad ipm phariseū talis mulier: ille qui mundiciā tenebat quasi in carne exillaret: repelleret: abijceret: ne immūda tāgeret mūdū: et cōtaminaret ei⁹ mūdiciā. Quia hoc non fecit dominus: ideo illū credidit nescisse q̄ mulier illi accessisset ad pedes. Dominus autem non solū illam nouerat: sed et cogitationes illius audiebat: quia et si contactus corporis aliquid facit o immunde pharisee: caro domini posset pollui contactu mulieris: an mulier mundari contactu domini: Permitteret aut medicus egrotantem tangere medicamentum: et illa que venerat nouerat medicū: et que solebat in sua fornicatione fortasse esse frontosa: frontosior facta est ad salutem. Irrupit in domum quo non erat inuitata: sed vulnera habebat: et illuc venerat vbi medicus recumbat. Ille autem qui inuitauerat medicū sanus sibi videbatur: propterea non curabatur. Jam que sequitur in euangelio nostis: quomodo cōfusus est ipse pha-

corde: sonuit de ore tuo interiore homicidi
 um: huc viuit homo et tu homicida pu
 nis. **Q**uid sis eni apud deū q̄rit: Nūqd
 nondū apparueris apud hoīes: Certe er
 go nouim⁹ et nosse debem⁹ et tenere: quia
 est os cordis: est ⁊ lingua cordis. Ip̄s os
 implet gaudio: in ip̄o ore intus oram⁹ de
 um q̄n labia clausa sunt: ⁊ patet cōsciētia.
 Silentū est et clamat pectus: sed auribus
 cui⁹? Nō hoīs sed dei. Securus ergo esto:
 ille audit qui miseretur. Et rursus q̄n ne
 mo hoīm audit: mala si pcedūt de ore tuo:
 noli esse securus: quia ille audit qui dam
 nat. Susanna audiebat ab iniustis iudici
 bus: tacebat et orabat: os ei⁹ nō audieba
 tur ab hoīb⁹: cor eius clamabat ad deū.
 Nūquid q̄ vox ei⁹ ore corpis nō pcessit:
 p̄pterea exaudiri non meruit? Exaudita ē
 illa q̄n orauit: nemo hoīm sciuit. Ergo fra
 tres quid habeam⁹ in ore interiore cogita
 te. Ibi videte ne quid mali dicatis intus:
 et nihil mali faciat⁹ foris. Nō p̄t enī fieri
 ab hoīe foris: nisi qd̄ dictū fuerit intus. Lu
 stodi os cordis a malo: ⁊ inocēs eris: In
 nocens erit lingua corpis tui: innocentes
 manus erunt: etiā pedes inocētes erūt:
 oculi innocentes erunt: aures innocentes
 ernut: omnia membra tua iusticie milita
 būt: q̄ impator iustus tenuit cor. **T**ūc
 dicent inter gentes: magnificauit
 dñs facere cū eis. **M**agnificauit
 dñs facere nobiscū: facti sumus
 iocundati. Videte fratres si modo sy
 on nō illud dicit inter gētes p totū orbē te
 rarū: Videte si nō ad ecclīaz currit. In to
 to orbe terrarū p̄ciū nostrū accipit: Amen
 respōdetur. Bicut ergo inter gētes hiero
 solymitani captiui: hierosolymitam redi
 turi: pegrini: suspirantes patrie sue. Quid
 dicūt: Magnificauit dñs facere nobiscū:
 facti sum⁹ iocūdati. Nūqd̄ ip̄i secū fecere
 rūt: Ip̄i male secū fecerūt: quia sub pecca
 to se vendiderūt. Redēptor venit: ⁊ bene
 cū illis fecit: Et magnificauit domin⁹ face
 cū eis: Magnificauit dñs facere nobiscū:
 facti sumus iocūdati. **C**onuerte do
 mine captiuitatē nostrā: sicut tor
 rens in austro. Quid sit hoc: attendat
 caritas vestra. Jam dixerat: Cū cōuerte
 rit dñs captiuitatē syon: quasi de p̄terito
 loquebat⁹: sed solet fieri vt de p̄terito lo
 quēs: futura p̄nūciat p̄pheta. Nam quasi
 de p̄terito loquebatur cum in alio psalmo
 diceret: Foderūt man⁹ meas et pedes me

os: dinūerauerunt omnia ossa mea. Non
 dixit: fossuri sūt: nō dixit dinūerabūt: non
 dixit diuidēt sibi vestimēta mea: non dixit
 sup vestimētū meū mittent sortem. Futu
 ra erāt et quasi facta cantabātur. Omnia
 enī que futura sunt: deo iā facta sunt. Hic
 ergo cū diceret: cum cōuernerit dñs capti
 uitatē syon: facti sum⁹ velut cōsolati: Tūc
 replet⁹ ē gaudio os nostrū: ⁊ lingua nostra
 exultatiōe. Quod vt oñderet se figura pre
 teriti futura cogitare: ait: Tūc dicent inter
 gentes. Bicut iam de futuro est. Magnifi
 cauit domin⁹ facere nobiscū: facti sumus
 iocūdati. Tūc cū cantaban⁹ futura erāt: ⁊
 nūc vidētur p̄fita: Ergo orat tāq̄ de futu
 ris: qui futura tanq̄ p̄terita p̄cinebat: con
 uerte dñe captiuitatē nostrā. Nondū erat
 ergo cōuersa captiuitas: q̄ nōdū redemp
 tor aduenerat. Ergo q̄n cātati sūt psalmi:
 quod orabatur tūc: iā factū est. Conuerte
 domine captiuitatē nostrā sicut torrens in
 austro. Sicut p̄uertit⁹ torrentes in austro:
 sic cōuerte captiuitatē nostrā: Querebat⁹
 quid sit: sed patebit modo adiuuāte dño:
 et vestris orationibus. Quodā loco dixit
 scriptura: cum p̄ciperet ⁊ moneret de opti
 bus nostris bonis. Ait enī: Sic glacies in
 sereno ita soluet⁹ pctā tua. Ergo pctā liga
 bant nos quō frigus ligat aquā ne currat.
 Et illigati frigore peccatorū gelauim⁹. Au
 ster aut calidus ventus est. Q̄n flat auster
 liquefcit glacies: et implent⁹ torrētes. Tor
 rētes aut dicūt flumina h̄yemalia. Mag
 no enī impetu repētinis aquis impleta cur
 rūt. Belaueram⁹ ergo in captiuitate: con
 stringebant nos pctā nostra: flauit auster
 spiritussanctus: dimissa sūt nobis peccata:
 soluti sumus a frigore iniquitatis: tāq̄ gla
 cies in sereno. soluuntur peccata nostra.
 Curram⁹ ad patriā q̄si torrētes in austro.
 Bui enī laborauimus: ⁊ laboramus etiā
 facientes bene. Nam ip̄a vita huāna quā
 ingressi sumus misera est laboribus: plena
 doloribus: piculis: erūnis: tēptationibus.
 Nolite seduci gaudio rerū humanarum:
 flenda in rebus huānis aduertite. Pote
 rat ridere prius puer q̄ nascit: Quare a fle
 tu incipit viuere: Ridere nōdū nouit: q̄re
 plorare iam nouit: Quia cepit ire in istam
 vitā. Sed si de illis captiuis est: hic flet et
 gemit: s; veniet gaudiū. Seq̄t enī. Qui
 semināt i lachrymis: in gaudio me
 tent. In ista vita que plēa est lachrymis
 seminem⁹: Quid seminabim⁹: Opera bo

Alia lra. Metantes

Alia lra. exultatione.

lite deficere. In lachrymis semiat: in gaudio metet. Quid enim freres mei: Ipse agricola qui pcedit cum aratro et portat semen: none aliquando frigidus est ventus: et imber deterreret: attendit celum: videt triste diem: tremat frigore: et tamen pcedit et seminat: Timet enim ne cum triste diez attedit: et expectat die letu: ne tempus traseat: et non inueniat quod metat. Nolite differre fratres mei: seminate in hyeme: seminate bona opa: et cum ploratis: quia qui seminat in lachrymis: in gaudio metent. Mittite semina sua: bona voluntatem et bona opa. **Euntes ibant et flebant: mittentes semina sua. Quare flebant: Quia inter miseros erat: et miser erat. Melius est frater mei: ut nullus sit miser: quam ut tu facias misericordias. Qui enim ut faciat misericordiam optat esse miseros: crudeliter habet misericordiam. Quod si medicus: ut exerceret artem suam: optaret esse multos egrotos: crudelis medicina esset. Melius est ut omnes sani sint: quam ut exerceat ars medici: Melius est ergo ut omnes beati regnent in illa patria: quam ut sint quibus impeditur misericordia. Tamen quod diu sunt quibus impeditur misericordia: non deficiamus in ista eterna mittere semina. Et si cum fletu seminamus: tamen cum gaudio metem. In illa enim resurrectione mortuorum recipiet quisque manipulos suos: id est fructum seminis: coronam gaudiorum et exultationis. Tunc erit triumphus letantium: et ipsi morti insultant: in qua gemebatur. Tunc dicet morti: Ubi est mors contentio tua: Ubi est mors acule tuus. Sed quare iam gaudent: Quia portant manipulos suos: Quia euntes ibant et flebant: mittentes semina sua. Quare mittentes semina sua: Quare autem hoc: Quia qui seminat in lachrymis in gaudio metent.**

Isto psalmo exhortati vos fuimus: maxime ad faciendam misericordiam: quia hinc ascendit: et videt quia ille catat canticum graduum qui ascendit. **Admetote: nolite amare descendere: et non ascendere: sed et de ascensione cogitate. Quia qui descendebat de hierusalim in hiericho: incidit in latrones. Non descenderet: et non incidere in latrones. Jam ergo Adam descendit et incidit in latrones. Quis enim nos Adam sumus: sed transijt sacerdos et contempsit: transijt leuites et contempsit: quia lex sanare non potuit: Transijt samaritanus quidam: id est dominus noster Iesus christus. Illi enim dictum est. Nonne verum dicimus: quod samaritanus es et de**

monium habes: Ille autem non dixit: non sum samaritanus: sed dixit: ego demonium non habeo. Samaritanus enim interpretatur custos. Si diceret: non sum samaritanus: diceret non sum custos. Et quis alius custodiret: Bene inde ponens similitudinem: transijt samaritanus et fecit cum illo misericordiam sicut scitis. **Jacebat autem in via vulneratus: quia descendit. Transiens samaritanus non nos contempsit: curauit nos: leuauit in iumentum in carne sua: perduxit ad stabulum: id est ad ecclesiam: comedauit stabulario: id est apostolo: dedit duos denarios vsu curare. Caritatem dei et caritatem proximi: In his duobus enim preceptis tota lex pendet et propheta. Dixit autem stabulario. Si quid apostolus erogaueris in redeundo reddam tibi. Amplius erogauit apostolus: quia cum omnibus apostolis permissus esset: ut acciperent tanquam milites christi stipendia a puincialibus christi: ille manibus suis laborauit: et annonas suas puincialibus donauit. Omnia facta sunt: si descendimus et vulnerati sumus: ascendamus ceterum et proficiamus ut perueniamus.**

Explicit Tractatus de ps. CXXV.

Incipit Tractatus de ps. CXXVI.

Iter omnia cantica quibus est titulus canticum graduum. Iste psalmus aliquid amplius in titulo accepit quod additum est Salomonis. Sic enim prenotatur. **Canticum graduum Salomonis.** Itaque fecit nos intentos inuitatior titulus ceteris. Est quare sit additum Salomonis: Nam quod sit canticum graduum: non opus est sepe repetere. Plura enim hinc dicta sunt: quia catat: ascendentis vox in affectu pietatis et caritatis: ad illam supernam hierusalim: cui suspiramus: quod diu peregrinamur: et ubi letabimur cum a peregrinatione redierimus. Ascendit ad hanc omnis qui proficit: cadit ab hac omnis qui deficit. **Nec pedibus ascendere queras: nec pedibus descendere putes: Amado deum ascendis: amado seculum cadis. Sunt ergo ista cantica amantium et quodammodo sancto desiderio flagrantium. Ardēt qui ista cantant ex corde: quorum etiam cor ardens inuenit in moribus: in bona conuersatione: in opibus secundum precepta dei: in contemptu temporalium: in caritate eternorum. Sed quare sit additum Salomonis: quod tunc in spirauerit dominus dicam caritati vestre. Salomon erat tempore suo filius David: magnum ille per quem sancta precepta et salubra monita: et diuina sacramenta spiritus sancti in diuinis litteris optus est. Nam ipse Sa-**

Alia lra.
 Venientes autem
 venient cum
 exultatione.
 portantes.

Quo hoies: q̄tum possim? q̄tuz accipi-
 mus. Et quia nos sicut hoies custodim?
 et p̄fecte custodire nō possumus: ideo sine
 custode remanebitis: Absit. Nā vbi ē ille
 de quo dicit. **N**isi dñs custodierit
 civitatē: **I**nvanū laborāt q̄ custo-
 diunt eam. Laboramus in custodiēdo:
 sed vanus est labor noster: nisi ille custodi-
 at: qui videt cogitatōes vestras. Custodit
 ille cū vigilatis: custodit z cū dormitis. Il-
 le enī dormiuit in cruce semel et resurrexit:
 iam non dormit. Estote israel: qz non dor-
 mit: neqz dormitabit q̄ custodit israel. Eia
 fratres si volumus sub vmbra alarum dei
 custodiri: custodimus enim vos ex officio
 disp̄fatiōis: s; custodiri volum? vobiscū
 tanq̄ vobis pastores sum? s; sub illo pas-
 tore vobiscū oues sum? Tanq̄ vobis ex
 hoc loco doctores sum? sed sub illo vno
 magistro in hac schola vobiscum cōdisci-
 puli sumus. Si volumus custodiri ab illo
 qui humiliatus est p̄pter nos: et exaltatus
 est ad custodiēdos nos: humiles sim? Ne-
 mo sibi arroget aliquid: nēo habet aliquid
 boni: nisi ab illo acceperit qui solus bon?
 est. Qui aut sibi voluerit arrogare sapien-
 tiam: stultus est. Sit hūilis vt veniat sapi-
 tia et illuierit illū. Si aut anq̄ veniat in illū
 sapiētia: putat se esse sapiētē: ante lucē sur-
 git: z ambulat in tenebris. Et qd̄ audit in
 isto psalmo? **I**nvanū est vobis an-
 te lucem surgere: Quid est: invanū est
 vobis ante lucē surgere: Si surgatis ante-
 q̄ surgat lux: necesse ē vt in vanitate rema-
 neatis: quia i tenebris eritis. Surrexit lux
 nostra christus: bonū est tibi vt surgas p̄
 christū: nō surgas aſi christū: Qui surgūt
 ante christū: Qui se volūt p̄ponē christo.
 Et q̄ sunt q̄ se volūt p̄ponere christo: Qui
 volūt hic excelsi esse: vbi humilis ille fuit.
 Sint ergo hic huiles si volūt ibi esse excel-
 si vbi christus excelsus est. Aut enī de his
 qui illi adheſerāt fide: in quibus et nos su-
 mus: si et nos puro corde i illū credimus:
 Pater inquit: quos mihi dedisti: volo vt
 vbi ego sū z ibi sint mecū. Magnū donū:
 magna gratia: magna p̄missio fratres mei.
 Et quis non vult esse cū christo vbi ē chri-
 stus? S; tā excelsus christ? Tis ibi eē vbi
 est excelsus: Esto huilis vbi z ille hūil fuit.
 Propterea illis dic̄ ip̄a lux: Nō ē discipu-
 lus sup magistrū: nec seru? sup dñm suuz.
 Qui volebāt discipuli esse sup magistrū: et
 fui volebāt eē sup dñm suū: an̄ lucē vole-

bant surgere: z inuanū ibant: quia nō post
 luce ibāt. Illis ergo dic̄ iste psalm? Inua-
 num ē vobis ante lucē surgere. Tales erāt
 filij Zebedei: qui atēq̄ buillarētur scdm
 passionem dñi: iam sibi loca eligebāt vbi
 sederēt: vnus ad dexterā: alter ad sinistrā.
 Ante lucem volebant surgere: ideo inua-
 num ibant. Reuocat illos dñs ad humili-
 tatem cuz hoc audiret z ait illis: Potestis
 bibere calices quē ego bibiturus sū? Ego
 veni humilis esse: et vos aſi me vultis esse
 excelsi? Quo ego eo: illuc seq̄mini ait. Nā
 si hac vultis ire quo ego nō eo: inuanū est
 vobis ante lucē surgere. Et Petrus ante
 lucem surrexerat: qñ cōsiliū dño dare vo-
 lebat: vt nō pateret p nobis. Dixerat enī
 ille de passione sua in qua salui futuri era-
 mus: de ipsa hūilitate: humilis enī passus
 est. Cū ergo de passiōe sua futura diceret:
 expauit. Petr? qui illū pauloāte dixerat
 filiū dei: timuit ne moreret: z ait illi. Absit
 a te dñe: p̄piti? esto tibi: nō fiet istud: An-
 te lucē volebat surgere: et luci p̄siliū dare.
 Sed quid fecit dñs? Fecit illū vt post lucē
 surgat. Redi post me sathanas. Ideo enī
 sathanas: quia ante lucē vis surgere: redi
 post me vt ego p̄cedaz: tu sequaris. Quo
 ego eo: illuc eas: non q̄ tu vis ire: illuc me
 velis ducere. Ergo illis q̄ volebāt ante lu-
 cem surgere dicit psalm? Inuanū est vo-
 bis ante lucē surgere. Et qñ surgimus: Cū
 fuerim? humiliati. Surgite? postea q̄
 sedisti. Surrectio exaltatiōez significat:
 sessio humilitatē significat. Alijs locis in-
 telligitur sessio in honore iudicandi: alijs
 locis humilitatem ostēdit: Quō in hono-
 re iudicandi sessio: Sedebitis sup duode-
 cim sedes iudicātes duodecim trib? israel.
 Quō in signo humilitatē sessio: Hora sex-
 ta dñs fatigat? sedit ad puteū. Fatigatio
 dñi infirmitas dñi fuit: infirmitas virtutē:
 infirmitas sapiētie: sed ip̄a infirmitas hu-
 militas. Ergo si sedit ex infirmitate: sessio
 illa hūilitatē significat. Et ipsa sessio ip̄i?
 id est humilitas ip̄i? ipsa nos fecit saluos:
 quia quod infirmū ē dei: fortius q̄ homi-
 nes. Ideo dicit i quodā psalmo: Bñe tu
 cognouisti sessionem et resurrectionē meā:
 id est humilitatē meaz: z exaltationē meā.
 Quid ergo vos ante lucē vultis exaltari
 o filij Zebedei: Sic enī loquimur: z ip̄os
 potius nominemus qui nō nobis irascūt:
 quia ideo de ill' ista cōscripta sūt: vt alijs ca-
 uerent superbiā: in qua ip̄i correcti sunt.

Alia lra.
 frustra vigi-
 lar q̄ custodit
 eam.

Alia lra.
 t̄ animum

Alia lra.
 t̄ post q̄ sederit.

apostolū: Christus resurgens ex mortuis iam nō moritur: et mors ei vltra nō dominabitur. Talē spera resurrectionē: et ppter hoc esto christianus: non ppter felicitatē terre huius. Nam si ppter felicitates vite huius vis esse christianus: quādo illa lux tua non hic quesuit mūdānam felicitatē: ante lucem vis surgere: necesse est vt in tenebris pseueres. Mutare: sequere lucem tuā: Quia: Resurrexit: surge. Sede pat̄ et sic surge: cum dederit somnū dilectis ei. Quasi quererēs iterū: quib⁹ dilectis: Ecce hereditas dñi filij merces fruct⁹ ventris. Quā dicit fruct⁹ ventris: parturiti sunt filij isti. Est quedāz mulier in qua spūaliter ostendit quod dictū est Eue: In gemitu parturiet. Parit enī ecclesia filios cōiunx christi: et si parit parturit. In cui⁹ figura etiā Eva mater viuorū appellata est. In mēbris parturientis erat ille qui dicebat: Filij mei quos iterū parturio donec christus formet in vobis. Sed nō frustra parturuit: nec frustra peperit: Erit semē sanctū in resurrectione mortuorū: Abū dabūt iusti qui diffusi sunt mō toto orbe terrarū. Venit illos ecclesia: parturit illos ecclesia. In illa autē resurrectione mortuorū apparbit partus ecclesie: transiet dolor et gemitus. Et qd dicit: Ecce hereditas dñi: filij merces fructus ventris. Huius fruct⁹ vētris: nō hic fruct⁹. Merces hui⁹: fruct⁹ ventris. Que est ipsa merces: Ipsa merces resurgere a mortuis. Que est ipsa merces: Surgere postea q̄ sedisti. Que ē ista merces: Letari postea q̄ māducasti panē doloris. Cuius ventris: Ecclesie. In cui⁹ ventre: qz ei⁹ typum Rebecca gestabat: duo illi gemini tanq̄ duo populi luctabatur. Una mater in viscerib⁹ suis: dissentientes frēs nōdū natos cōtinebat. Pulsabāt materna viscera: discordijs internis. Gemitabat illa: vim patiebat: s̄ panēs discernebat quos geminos pregnās ptulerat. Sic et nō frēs q̄ diu gemit⁹ datus est ecclesie: q̄ diu parturit ecclesia: ipsi sunt intus et boni et mali. Fruct⁹ autē vētris in Jacob erat: qz ipm dilexi mī. Jacob dilexi dicit et dē: Esau autē odio habui. Ambo de vno vtero pcesserūt: vnus amari meruit: alius reprobari. In dilectis ḡ eius fruct⁹ erit. Ergo merces fruct⁹ vētris. Sicut sagitte in manu potētis: sic filij excussorum. Quā enī facta est hereditas ista frēs: Quā facta est tā multa hereditas: de q̄ dici habet in fine: Ecce hereditas dñi filij mer

ces fruct⁹ vētris: Excussi sūt qdā de manu dñi tāq̄ sagitte et ierunt lōge: et totā terrā impleuerūt vñ pullulāt sc̄ti. Nam ipsa est hereditas de q̄ dicit: Postula a me et dabo tibi gētes hereditatē tuā: et possessionē tuaz terminos terre. Et quō ipsa possessio ptendit et crescit vsqz ad fines terre: Quia sicut sagitte in manu potētis: sic filij excussorū. Be arcu excutiūt sagitte: et quāto fortior excusserit: tanto lōgius vadit sagitta. Quid autē fortius excutiēte dño: Be arcu suo mādat apostolos suos: nō potuit esse residuū quo nō pueniret sagitta a tā forti excussa: peruenit vsqz ad fines terre. Ideo nō vltra: qz nihil est vltra generis humani. Nam tātas vires ille habet: vt etiā si vltra esset quo pertēderet sagitta: excuteret illuc sagittā. Sic autē sunt et filij excussorū: quō et illi excussi. Quēsitū est enim de hoc verbo etiā ab his q̄ ante nos ista tractarūt: quare filij excussorū dicti sunt: vel qui sunt intelliḡēdi filij excussorū. Et quibusdā visus est sicut mō dixi: filios excussorū: filios esse aplo rum. Intendat paululum caritas vestra. Quēsitū est quare excussi dicti sunt apli: Dicitū est a quibusdā: ideo illos appellatos excussos: qz precepit eis dñs: Si exieritis de ciuitate in qua nō audistis vos: excutite puluerē de pedib⁹ vestris. Sed ait alius. Non ḡ filij excussorū dici debuerūt: sed filij excutiētū. Excutiētes enim illos fecit dñs quib⁹ dixit: Excutite puluerē de pedibus vestris: non excussos: Subtiliter quidem quasi contradicere voluit precedenti sentētie: qz iam ista tractata et dicta erant: Verūtamē nos quātū adiuuat dñs querētes quō recte dici potuerint etiam excussi: quib⁹ ait dñs: Excutite puluerē de pedib⁹ vestris: inuenim⁹ nō absurde dici potuisse. Quis enī ipsi excuterēt: seipos excutiēbāt. Hoc dico q̄ excutit: aut se excutit: aut aliqd aliud. Si aliqd aliud excutiat: excutiēs est: excussus nō est. Si autē se excutiat: et excutiēs est et excussus. Intēdite: s̄ planius dicā si potuero. Si aliud excutiat excutiēs est non excussus: Si ab alio excutiat: excussus est nō excutiēs. Si autē excutiat seipm: excutiēs est: qz excutit se: et excussus: qz excutit a se. Querit ergo quos excusserint apostoli: vtiqz seipos. A pedibus enim suis puluerē excusserūt. Sed ait aliquis. Non se excusserūt: sed puluerem. Hoc plane nec calūniose dicit. Duobus enim modis dicim⁹ aliquid excuti: siue il-

Alia fra. ita

uerit domū: inuanū laborauerūt edificātes eam. Et ne istā domū audiēdo parū aliquid putares: Nisi dñs inquit custodie rit ciuitatē: inuanū laborauit qui custodit eā. Illa est g̃ dom⁹ que est ciuitas. Ipsa g̃ habet ianuā tāq̃ dom⁹: et habz portā tāq̃ ciuitas. Qui est g̃ ianuā dom⁹: ipse est porta ciuitatis. Ergo si christus porta ciuitatis: ille nō erubescit qui in christo stat et sic p̃dicat. Qui autē p̃tra christū p̃dicat: clauditur cōtra illū portā. Qui sunt isti qui cōtra christū p̃dicāt: Qui negant: qz misse sunt sagitte de manu potentis: et puenerūt vsq̃ in fines terre: et ipsa hereditas dñi: de qua dictum est: Postula a me et dabo tibi gentes hereditatē tuā et possessionē tuā terminos terre. P̃dicatū est: auditū est anteq̃ fieret: et iam factū nolunt agnoscere. Qui disputāt g̃ cōtra christū: extra portā sunt: qz suos honores querūt: non christi. Qui autē p̃dicat in portā: christi honores querit nō suū. Et ideo qui p̃dicat in portā dicit: Nolite in me p̃sumere: nō enī per me sed per portā intrabitis. Illi autē qui volūt hoīes in seip̃s p̃sumere: nolūt eos intrare per portā: non murū si claudīt cōtra illos portā: et ociosi pulsant vt aperiat. Ad estote g̃ animo fr̃es p̃pter etiā crastinū sermonē ex nostra pollicitatōe adiuuāte dño vobis reddēdū ex euāgelio de colūba: In cuius noīe promissim⁹: in illi⁹ misericordia reddem⁹. Sz vt possim⁹ esse idonei redditores: ne audaces fuerimus promissores: orate pro nobis.

Explicit tractatus de psalmo. CXXVI

Incipit tractatus de psalmo. CXXVII

Prefatio.

Sicut dicit ap̃s fratres carissimi: Spiritualib⁹ spiritualia cōpam⁹: Animalis autē homo nō p̃cipit q̃ sunt sp̃s dei: Lauēdū est ne hoīes animales nō p̃cipiētes que sunt sp̃s dei: scādālizent: potius in hoc psalmo q̃ edificetur. Nam breuiter quāq̃ eū cū cantaref audi uim⁹. Quia breuis est: curro eum nō tractans: sz legēs. Et videte si talia quisq̃ cōcupierit: pro magno a deo qualia cōtinet iste psalm⁹: et forte nō qz desertus est ab illo: sed qz magis diligit nō acceperit: videritq̃ illa que hic sic audiuit esse p̃mia timētium deū: abū dare illis qui nō timēt deū: nutent gressus illius et effundant lapsu vestigia eius: et dicat in corde suo sine causa se deū timuisse: qz illa dona nō meruit que

pmisit timentib⁹ se: insup et illi acceperūt: qui eū nō solū nō timuerūt: sz etiā blasphemauerūt. Videte enī quid dicat.

Expositio psalmi.

Beatī omnes qui timēt dñm: qui ambulant in vijs eius.

Alia lra.
† manuū tuarum quia.

Labores fructuū tuorū māducabis: beat⁹ es et bene tibi erit. Adhuc possum⁹ et hic quis animales beatitudinē futuri seculi cogitare. Sed videte quid sequat. Uxor tua sicut vinea fertilis: in lateribus domus tue.

Alia lra.
† vitis.
† abnudās.
† nouelle.

Filij tui sicut nouellatio oliuay: in circuitu mense tue. Ecce sic benedicetur homo: qui timet dñm.

Quō: Ut sit vxor ei⁹ tāq̃ vinea fertilis in laterib⁹ dom⁹ ei⁹: et filij ei⁹ circūdēt in circuitu mēsa ei⁹ tanq̃ oliuay nouellatio. Ergo pdiderūt mercedē suā: qui p̃pter deū etiā vxores ducere noluerūt: Sz ait qui noluit ducere vxorē: Qualiter me deus b̃ndicet: Immo vō aut sic te b̃ndicet: aut te nō b̃ndicet. Aperta dicta sentētia est: Ecce sic b̃ndicet hō qui timet dñm. Quid hoc sibi g̃ vult fr̃es: Ne desiderādo t̃palē et terrenā felicitatē pdam⁹ celestē: p̃pheta tāq̃ inuolucru nobis cōstituit. Inuolucru hoc nescio qd̃ habet intus. Meminit autē caritas ṽra cū supiorē psalmū vobis tractarem⁹ q̃ est ante istuz: incurrisse nos in quēdā versum obscurū: vbi dictū ē: Sicut sagitte in manu potētis: sic filij excussorū: et cū quereremus: q̃ sint filij excussorū: visuz esse nobis suggerēte quātū credim⁹ dño: filios excussorum ap̃s esse dictos filios p̃phetarū. Quare: Quia p̃phete in enigmatib⁹ locuti sūt et figuris rerū: tāq̃ mysterioz inuolucris cooperuerūt intellectū: Qui intellect⁹ pdire nō potuit ad hoīes: nisi inuolucra illa excuterent. Uñ dicti sunt illi filij excussorū: qui de p̃phetis excussis p̃fecerūt. Ergo et nos excutiam⁹ istū: ne per inuolucra fallamur: et tāgētes qd̃ intus est: et nō vidētes: dicam⁹ forte lignū p̃ auro: aut testā p̃ argēto. Excutiam⁹ si videt caritati vestre: aderit dñs vt p̃cedat qd̃ intus est: maxime fr̃es mei: qz martyru natalicia celebramus. Quāta mala passi sūt martyres: quāta exilia: q̃ta tormēta: squalores carcerū: stricturas catenay: seuiicias feray: ardorē flāmay: aculeos stumeliay. Ista oia passi essent: nisi nescio qd̃ viderēt quo se tenderent qd̃ ad hui⁹ seculi felicitatē nō p̃tineret: Turpe est autē vt natalicia martyru cele-

bant: illi qui occidebant ad ea que non videbant suspirabat: et ea que non videbant: apprehendere festinabant: et quod tardius occidebant: moras sibi fieri arbitrabant. Ergo frater felix martyr et vere felix: et nomine et corona: cuius hodie natalis est: contempsit mundum. An forte quod timebat dominum: inde erat felix: inde erat beatus: quia uxor eius tanquam vinea fertilis erat in terra: et filii eius circumcederunt mensam eius? Omnia ista perfecte habet: sed in corpore illius qui hic describitur: et quod sic ille intellexit: contempsit presentia: ut acciperet futura. Noueritis autem fratres non esse passum mortem: quam alii martyres passi sunt. Confessus est enim: dilator est ad tormenta: alio die inuentum est corpus exanime. Clauserunt enim illi carceres: sed corpori: non spiritui. Quae illic parabant torquere carnifices: absentez inuenerunt: perdidit seruiciam suam: iacebat exanimis sine sensu illis ne torqueret: cum sensu apud deum ut coronaretur. Unde et iste felix frater: non tantum nomine: sed et premio uite eterne: si ista dilexit. Ergo sic audiamus istum psalmum tanquam de christo dicatur: Et omnes heredes corpori christi et affecti membra christi ambulemus vias domini: et timeamus dominum timore casto: timore permanenti in seculum seculi. Est enim alius timor: quem caritas excludit: dicente Joanne: Timor non est in caritate: sed perfecta caritas foras mittit timorem. Non de omni timore dicitur: quod mittit foras a caritate. Habes enim psalmum dicente: Timor domini castus permanens in seculum seculi. Alius ergo timor domini permanet: alius excludit. Timor qui excludit castus non est: qui autem permanet castus est. Quis est timor qui excludit? Signamini aduertere. Aliqui propterea tantum timeant: ne aliquid mali in terra patiantur: ne illis egritudo accedat: ne damnus: ne orbitas: ne alicuius amissio cari: ne exilium: ne damnatio: ne carcer: ne aliqua tribulatio: propterea timeant et tremunt. Adhuc timor iste non est castus: Adhuc audi: Alius non in hac terra pati timeat: sed gehennam timeat. Ubi terruit et dominus: Audistis cum euangelium legeret: Ubi vermis eorum non moritur: et ignis eorum non extinguit. Audiant hec homines: et quod vere futura sunt impijs: timeant et continent se a peccato. Habent timorem: et per timorem continent se a peccato. Timeant quidem: sed non amant iustitiam. Cum autem per timorem se continent a peccato: fit consuetudo iusticie: et incipit quod durum erat amari et dulcescit deus: et iam incipit homo iuste vivere:

propterea non quod timet penas: sed quod amat eternitatem. Exclusus est ergo timor a caritate: sed successit timor castus. Quis est iste timor castus? Secundum quem debemus fratres mei intelligere quod dictum est: Beati omnes qui timeant dominum qui ambulat in vijs eius. Si potuero digne dicere de isto timore casto: adiuuante domino nostro Iesu christo: multi fortassis hoc timore casto inflamabuntur in amorem castum. Nec possum explicare fortassis: nisi proposita aliqua similitudine. Pone aliquam feminam castam: timeantem virum. Alia pone adulteram: et ipsa timeat virum. Casta timeat: ne discedat vir. Adultera: ne veniat. Quid si ambo absentes sunt? Illa ne veniat. Illa ne tardet. Absens est quodammodo cui desponsatus sum: absens est qui nobis aram dedit spiritum sanctum: absens est qui nos redemit sanguine suo: sponsus ille quo nihil est pulchrius: qui quasi sedus apparuit inter manus persecutorum: de quo paulo ante dicebat Esaias: Et vidimus eum et non habuit speciem neque decorem. Ergo sponsus non ster sedus est: Absit. Quomodo illum virgines amarunt: que in terra maritos non quesierunt? Ergo persecutoribus sedus apparuit: et nisi eum sedum putaret: non insilieret: non flagellis cederet: non spinis coronaret: non sputis inhonestaret: sed quod sedus illis apparebat: fecerunt illi ista. Non enim habebant oculos vestri christus pulcher videre. Qualibus oculis christus pulcher apparuit? Quales oculos querebat ipse christus: quando dicebat Philippo: Tanto tempore vobiscum sum et non me vidistis? Isti oculi mundati sunt: ut possint videre illam lucem: et leuiter tantum perstricti splendore: accendunt amore: ut sanari velint: et fiunt illuminati. Nam ut noueritis: quod pulcher est christus qui amat: audi prophetam: Speciosus forma pre filiis hominum. Omnes homines superat illius pulchritudo. Quare amamus? Quam audimus: quod passus est pro nobis. Quid amamus? Adhuc crucifixus: latus perforatus. An caritatem caritas amat? Amavit nos: ut redamarem eum: Et ut eum redamare possem: visitauit nos spiritu suo. Pulcher est ille et absens est. Interroget se sponsa: si casta est. In membris sumus omnes fratres mei: in membris ipsius sumus: ideo vnus homo sumus. Videat vnusquisque quale timorem habeat: an eum quem excludit caritas: an castum permanentem in seculo seculi. Adhuc probabit: dico et probabit: absens est sponsus noster: interroga conscientiam tuam. Uis ut veniat: an adhuc vis ut tardet?

manducatis panem doloris. Alio loco dicit
 amas iste: cuius voces in psalmo plerumque
 agnoscimus. Facte sunt mihi lachryme mee
 panes die ac nocte. Un facte sunt lachry-
 me panes: **B**u dicit mihi quotidie ubi est
 deus tuus. Antequam enim videamus eum qui
 nos dilexit: qui nobis pignus dedit: cui de-
 sponsati sumus: insultant nobis pagani: et
 dicunt. Ubi est quem colunt christiani: **O**sten-
 dant nobis quem colunt. Ecce ego ostendo
 illis deum meum: et ipsi ostendant mihi deum suum.
Bu tibi hoc dicit paganus: non inuenis
 quod illi ostendas: quia non est cui ostendas. **R**e-
 dis ergo et plagis ad deum: quia illi suspiras an-
 tequam videas: et desiderio ipsius gemis: et quia
 in ipsius desiderio ploras: dulces sunt et ipse
 lachryme: et pro cibo tibi erunt: quia factus est
 tibi et ipse panis die ac nocte dum dicitur tibi
 quotidie ubi est deus tuus. **S**ed veniet de-
 us tuus: de quo dicit: ubi est: et absterget la-
 chrymas: et ipse pro pane lachrymarum succe-
 dit: et te in eternum saginabit: quia erit nobiscum
 verbum dei quo pascuntur angeli. **I**nterim modo
 labores fructuosos: postea fructus laboris.
 Labores fructuosos tuorum manducabis: bea-
 tus es et bene tibi erit. **B**eatus es: de presenti
 est: bene tibi erit: de futuro est. **C**um mandu-
 cas labores fructuosos tuorum: beatus es. **C**um
 pueris ad fructum laborum tuorum: bene tibi
 erit. **Q**uid dicit: **N**am si bene tibi erit: utique
 beatus eris: et si beatus eris: utique bene ti-
 bi erit. **S**ed interest inter spem et rem. **S**i spes
 tam dulcis: quanto res dulcior erit. **N**am ve-
 niam ad illam: **U**xor tua: christo dicit. **E**r-
 go uxor eius ecclesia eius. **E**cclia eius uxor
 eius: non ipsi sicut vinea eius fertilis. **S**ed in
 quibus vinea fertilis: **V**idemus enim pa-
 rietes istos intrantes multos steriles. **V**ide-
 mus quia istos parietes intrant multi ebrio-
 si: feneratores: mangones: querentes forti-
 legos: euntes ad peccatores et peccatrices
 quasi illud caput dolet. **I**sta est fertilitas vinee:
Ista est ueritas uxoris: **N**on ipsa est: **I**ste spi-
 ne sunt. **S**ed non ubique spinosa. **H**abz quan-
 dam fertilitatem: et est vinea fertilis. **S**ed in
 quibus: **I**n lateribus domus tue. **N**on om-
 nes dicunt latera domus. **Q**uero enim que
 sint latera domus: **Q**uid dicam: **P**arie-
 tes sunt: quasi lapides fortes. **S**i de hoc ha-
 bitaculo corporali diceret: forte hoc intelli-
 geremus latera. **L**atera dicimus domus:
 eos qui inheret christo. **N**on enim sine cau-
 sa et in sermone quotidiano dicimus de ali-
 qui forte male agit: ex malorum consiliis am-

cor: **S**illo dicit: mala latera habz: **Q**uid est ma-
 la latera habz: **N**on ali illi inheret. **E**rgo et de a-
 lio bona latera habz: bonis consiliis uiuit. **Q**uid
 est hoc: **B**onis consiliis regit. **E**rgo latera
 domus sunt illi qui inheret christo: nec si-
 ne causa et ipsa coniunx de latere facta est.
Uiro dormiente **E**ua facta est: moriente
 christo: ecclesia. **E**t illa de latere uiri: cum co-
 sta detracta est: **E**t ista de latere uiri: quan-
 do latus lancea percussus est: et sacramenta pro-
 fluxerunt. **E**rgo uxor tua ut uinea fertilis.
Sed in quibus: **I**n lateribus domus tue. **I**n
 alijs qui non adheret christo sterilis: **S**ed nec il-
 los in uinea computabo. **F**ilij tui. **Q**ue est
 uxor: et qui sunt filij: **I**n istis carnalibus nu-
 ptijs et coniugijs: alia uxor: et alij filij: in ec-
 clesia que uxor: ipsi filij. **A**d ecclesiam enim per-
 tinebant apostoli: et in membris ecclesie erant.
Ergo in coniuge ipsius erant: et coniunx erant
 secundum portionem suam: quam in membris obtine-
 bant. **Q**uare ergo de illis dicit: cum recesserit ab
 eis sponsus: tunc ieiunabunt filij sponsi: **E**r-
 go ipsa coniunx: et ipsa filij. **N**on dico fratres
 mei: **I**n uobis autem domini iuuenimus ecclesiam: et fratres
 ipsius esse: et sorores ipsius esse: et matrem ipsius
 esse. **N**am cum ei nunciaret mater eius: et fratres
 foris stantes: quia foris stabat typum gerebat.
Quis typus matris: **S**ynagoga. **Q**uis ty-
 pus fratrum carnalium: **J**udei foris stantes. **E**t
 foris stat synagoga. **N**am **M**aria in lateribus
 domus eius: et cognati eius ex uirginis **M**arie
 consanguinitate uenientes: qui in eum crediderunt
 in lateribus domus eius: non in quantum carnali con-
 sanguinitate iuncti erant: sed in quantum uerbum
 dei audiebant et faciebant. **H**oc enim respon-
 dit dominus et ait: **Q**ue mihi mater: aut qui fratres:
Un temptauerunt quidam dicere: quia christus
 matrem non habuit: quia dixit: que mihi mater:
Quare: **E**rgo **P**etrus et **J**ohannes et **J**aco-
 bus et alij apostoli pres non habuerunt in fra-
 tre: **E**t tamen quod eis dicit. **N**olite uobis dicere pa-
 tres super terram: unus est enim pater uerus qui in
 celis est. **Q**uod ergo in patre docebat discipu-
 los: hoc in matre ipse demonstrauit. **U**ult
 enim dominus: ut consanguinitatibus terrenis pro-
 namus deum. **B**eretur patri: quia pater est: defer-
 reo: quia deus est. **G**enerauit te pater accomo-
 dando carnem suam: creauit te deus adhiben-
 do potentiam suam. **N**e irascatur pater cum deus illi
 proponit: imo gaudeat sibi tamen deferri: ut ille
 inuentus esset qui ei deberet proponi. **E**rgo quod
 dicat: **B**ene quid ait: **Q**ue mihi mater: aut qui
 fratres: **E**t extendit manum super discipulos
 suos et ait: **E**cce mater mea et fratres mei. **S**ra

enī z nō videbat bona q̄ in terra dimiserat. Hec erat vita ip̄ius talis: z bona illa nō videbat. Ergo tu talia desiderā bona que videas omēs dies vite tue: id est vt cuz ip̄is bonis viuas in eternū. Que sunt ergo illa bona fratres attendite. Bici possunt bona ista: Aurū est: argentū est: fundus amen⁹ est: marmorati parietes sunt: tecta laqueata sunt: Absit. Ista abundantius pauperes habēt in hac vita. Plus ē q̄ pauperi videre celū stellatū: q̄ diuini tectum inauratū. Fratres ergo qd̄ est illud bonum quo accēdimur: cui suspiramus: quo inflāmamur: Propter qd̄ bonū adipiscendū z vidēdū tantos labores sustinem⁹ sicut audistis cū legeret ap̄tus: quia omēs q̄ volūt pie viuere in christo Jesu p̄secutionē patiunt. Nō enī modo: qz diabolus p̄ reges nō seuit: iō christiani nō patiunt p̄secutionē: Si mortuus est diabolus: mortue sunt p̄secutōes. Si aut̄ ille aduersarius noster viuit: vnde nō temptatiōes suggerit: Unde nō seuit: Unde nō minas aut scādala p̄curat: Si incipias pie viuere: videbitis: quia omīs qui vult pie viuere in christo Jesu p̄secutionem patiet. Propter qd̄ ergo patimur tantas p̄secutōes: Si enī in hac vita i christo sperantes sum⁹ tantū ait ap̄tus: miserabiliores sumus oib⁹ hoib⁹. Propter qd̄ damnati sunt ad bestias martyres: Qd̄ ē illd̄ bonū: Bici potest: Unde: Aut que lingua dicat: Aut que auris audiāt: Et qd̄ez illud nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit. Amemus tñ: p̄ficiam⁹ tantū. Uidens enī qz pugne nō desunt: z pugnam⁹ cū p̄cupiscētis n̄ris. Pugnamus foris cū infidelib⁹ z inobedientib⁹ hoib⁹: pugnamus intus cū suggestiōib⁹: cū p̄turbatiōibus carnalib⁹. Ubicq̄ pugnam⁹ adhuc: qz corp⁹ qd̄ corrupit̄ aggrauat aīaz. Pugnamus adhuc: qm̄ si sp̄s vita est: tamē corpus mortuū est p̄pter peccatū. S̄ qd̄ futurū est: Si aut̄ sp̄s eius habitat in vobis: qui suscitauit christū ex mortuis: viuificabit z mortalia corporalia v̄ra p̄p̄ sp̄m q̄ habitat i vob. Cū q̄ viuificata fuerit mēbra n̄ra mortalia: iā nihil resistet sp̄i n̄ro: nō fames erit: nō sitis erit: qz d̄ corruptiōe corporis ista nascūt. Nō reficis: qz a te aliqd̄ deficit. Cōcupiscēte delectatiōem carnaliū p̄tra nos pugnat. Mortē portam⁹ infirmitate corporis: h̄ cū mors ip̄a cōuersa fuerit in illā icōmutabilitatē: z corruptibile b̄ induerit incorruptiōis: z mortale b̄ iduerit imor-

talitatez: qd̄ audiet tūc mors: Ubi ē mors p̄tēno tua: Ubi ē mors acule⁹ tu⁹: Et forte morit̄ z dicat. Restāt aliq̄ inimici nō sequitur nouissima inimica mors: cū hec destructa fuerit immortalitas succedit. Si nullus erit inimicus: q̄si nouissima destruet mors. Bonū n̄m cui suspiramus pax erit. Ecce bonū fratres: magnū bonū pax vocatur. Querebatis qd̄ vocaret: Aurū ē: an argētū ē: an fund⁹: an vestis: Pax ē: Nō pax q̄ lem inf̄ se h̄nt hoies: infidā: instabile: mutabile: incertā: nec pax talis q̄le secū habz ip̄e vn⁹ hō. Bixim⁹ enī: qz z secuz pugnat hō. Usq̄quo domiet omnes cupiditates adhuc pugnat. Qualis q̄ pax: Quā oculus nō vidit: nec auris audiuit: Qual pax: Be hierusalē: qz hierusalēz interpretat̄ visio pacis. Si q̄ b̄ndicat te d̄ns ex Syon: et videas bona que sunt hierusalem: z videas oēs dies vite tue. Et videas: Non filios tuos tantū: sed filios filiorū tuorū. Quid est filios tuos: Opa tua que b̄ agis. Qui sunt filij filiorū: Fructus operz tuorū. Facis elemosynas: filij tui sunt: p̄p̄ elemosynas accipis vitā eternā. Filij filiorū tuorū sunt. Videas filios filiorū tuorū: et erit qd̄ sequitur: quo concludit. Pax super israel. Hec pax vobis p̄dicat̄ a nobe: ip̄a amatur̄a nobis: ip̄a vt a vobis amet: optamus. Ad illā pacem pueniūt: q̄ z hic pacifici fuerint. Illi sunt z hic pacifici: q̄ et ibi: Qui circūcūt mensam domini tāq̄ no uellatio oliuaz: vt non sit sterit̄ arbor: qualis fuit illa ficulnea: vbi fructum nō inuēit esuriēs d̄ns: Et videtis qd̄ ei cōtigerit: folia sola habebat: fructū non habebat. Sic sunt qui v̄ba habēt: z facta nō habēt. Teniēs esuriēs d̄ns: nō inuenit qd̄ māducat: qz fidē n̄ram z facta bona esurit d̄ns. Pascamus illū b̄n viuendo: z pascet in eternū nobis viuere donādo.

Explicit Tractatus de ps̄. CXXVII.

Incipit Tractatus de ps̄. CXXVIII.

Prefatio.

Psalmus quem cantauim⁹ breuis est: S̄ sicut scriptum est in euāgelio de Zacheo statura breuis: z magnus in ope. Sicut scriptum est de illa vidua q̄ duo minuta misit in gazophylatiū: Breuis pecunia: s̄ magna caritas. Sic z iste psalmus: si v̄ba numeres: breuis est: si sentētiās appendas: magnus est. Non ergo nos poterit diutius vsq̄ ad fastidiū detinere. Qua re aduertat prudentia v̄sa: et

ad malū. **D**is enī malus ideo psequit bo-
num: qz nō illi cōsentit bonus ad malum.
Faciāt aliqd mali nō obiurget epūs: bon⁹
est episcopus: obiurget epūs: malus ē epi-
scopus. Rapiat aliqd: taceat cui rapit bo-
nus est. Saltem loquat⁹ rēphendat: r si n̄
repetat malus est. **M**alus est q̄ rēphendit
raptozem: r bonus est q̄ rapit. **A**mbulet:
māducemus r bibamus: cras enim morie-
mur. **E**cōtra aplūs: **C**orrūpunt mores bo-
nos colloquia mala. **S**obrii estote r iusti:
r nolite peccare. **S**onat vbum: sonat ser-
mo cōtradictor libidinis. **A**t ille amicus li-
bidinis sue: r inimicus f̄moni p̄tradicienti
amice sue: infestus est: r odit f̄monem dei.
Facta est amica auaricia: inimicus deus.
Cōtradic enī de⁹ auaricie: r vult nihil pos-
sideri ab auaricia. **E**go possidear clamat.
Quid vis ab auaricia possideri: **B**ura iu-
bet: leuia iubeo. **S**n⁹ ei⁹ ḡue: sarcina mea
leuis est. **I**ugū eius asperū est: iugū meuz
leue ē. **N**oli velle ab auaricia possideri. **I**u-
bet auaricia: vt mare trāseas r obtēpas: iu-
bet vt te ventis pcellisqz cōmittas: iubeo
ego vt añ ostium tuū ex eo qd̄ habes: des
pauperi. **I**stiger es ad faciendū añ te op⁹
bonū: r strenuus es ad transeundum ma-
re: qz auaricia imperat f̄uis: qz deus iubet
odisti. **E**t qd̄ cū odisse cepit: **I**ncipit velle
criminari eos a qbus audit bona p̄cepta:
r velle per suspitiōes suas crimina quere-
re fuoz dei. **Q**ui nobis ista dicūt: r ipi nō
faciūt ista: r ista siue que sūt siue q̄ nō sūt:
r que nō sūt dicunt fieri: r que sūt b̄si: di-
cunt male fieri: r q̄ toleram⁹ ad culpaz no-
stram applicant. **N**os qd̄ respōdem⁹: **N**o-
li me attēdere: f̄monem istius attēde: ip̄e ti-
bi loquit p̄ quemlibz: huic tu inimicus es.
Cōcorda cū aduersario tuo cū es cum eo
in via. **A**duersariū tuū f̄monez dei fecisti.
Noli attēdere: qz ille tibi loquit. **M**al⁹ est
p̄ quem tibi loquit: f̄ non est malus qui ti-
bi loquit f̄monem dei. **A**ccusa deū: accu-
sa s̄ipotes. **C**reditis fratres hucufqz pue-
nisse eos de qbus d̄: **S**epe expugnauerūt
me a iuuetute mea: vt etiā ipm̄ deuz accu-
sare nō dubitēt. **A**ccusas auarum: r ille ac-
cusat deū q̄ fecit aurū. **N**oli auarus esse: r
nō faceret de⁹ auarū. **J**am s̄ restat: qz ma-
la tua opa cobibere nō potes: accusas ope-
ra bona dei. **D**isplicet tibi creator r fabri-
cator mūdi: **N**ō faceret r solē: qz mlti in fe-
nestris cōtendūt de luminarib⁹: r ad iudi-
cia se trahunt. **S**i vitia n̄ra cobibeam⁹:

qz bona sunt om̄ia: qz bonus deus q̄ fecit
om̄ia: r lau. dāt illū opa sua considerata: qz
bōa sunt: ab eo q̄ hz sp̄m p̄siderādi: sp̄m
pietatis r sapie. **U**ndiqz de⁹ laudat ab opi-
bus suis. **Q**uō illū laudant opa sua: **I**stos
os trū puerorū in camino ignis. **Q**uid p̄-
termissum est: **L**audat celū: laudāt angeli:
laudant sidera: laudant sol et luna: lau-
dant dies r noctes: laudat quicquid ger-
minat de terra: laudat quicquid natat in
maru: laudat quicquid volitat in aere: lau-
dant om̄es mōtes r colles: laudāt frigora
r estas: r cetera oīa q̄ de⁹ fecit. **A**udistis qz
laudāt deum: **N**ūqd̄ audistis ibi quia lau-
dat deū auaricia: qz laudat deuz luxuria:
Non laudāt ista: qz non ip̄e illa fecit. **L**au-
dant ibi hoies deum: hois creator est de⁹.
Auaricia opus est mali hois: hō ip̄e op⁹ ē
dei. **E**t qd̄ vult de⁹: **O**ccidere in te qd̄ ip̄e
fecisti: r saluare te quē fecit ip̄e. **N**oli fene-
rare: tu accusas scripturā dicentē: **Q**ui pe-
cuniam suā nō dedit ad vsurā. **N**on ego il-
lud scripsi: nō de ore meo p̄mo exiit: **B**eñ
audi. **E**t ille: **C**lerici nō fenerāt. **E**t forte q̄
tibi loquit nō fenerat: s̄ si fenerat fac: quia
r ip̄e fenerat. **N**ūqd̄ fenerat q̄ p̄ ipm̄ loq̄-
tur: **S**i facit qd̄ tibi dicit: r nō facis tu: tu i
ignem: ille in regnū. **S**i nō facit qd̄ tibi di-
cit: r parit facit mala que facis: r dicit bōa
q̄ non facit: pariter in ignem sensū ardebit:
vbum aut̄ dñi manet in eternū. **N**ūqd̄ ar-
det f̄mo q̄ tibi loquit: id est bonus r iustus fa-
mul⁹ dei: aut pharise⁹ ē cathedra **A**dyssi
sedes. **A**udisti r de ip̄is. **Q**ue dicūt: facite:
q̄ aut̄ faciūt: facere nolite. **N**ō habes tu vñ
te excuses qñ f̄mo dei tibi loquit: quia nō
potes interficere f̄monem dei. **C**riminari
qñs eos p̄ quos tibi loquit f̄mo dei. **Q**ue
re q̄tum vis: dic q̄tum vis: blasphemā quā
tum vis: **S**epe expugnauerūt me a iuuen-
tute mea. **B**icat vō isrl: sepe expugnaueſt
me a iuuentute mea. **A**udent etiam fenera-
tores dicere: non habeo aliud vñ viuam.
Hoc mihi r latro diceret dep̄bensus i fau-
ce: hoc r fractor diceret dep̄bensus circa
pietē alienum: hoc mihi r leno diceret:
emēs puellas ad p̄stitutioz: s̄z malefic⁹ in-
cantās mala r vendēs maliciā suā. **Q**uic-
qd̄ tale p̄hibere conaremur: responderent
om̄es qz non haberēt vnde viuerēt: qz in-
de sepascerent: quasi nō hoc ip̄m in ill̄ ma-
xime puniendū est: qz artem neq̄tie delege-
runt vnde victū transigāt: r inde se volūt

pascere: unde offendat eum a quo omnes pascunt. Sed cum clamaueris hoc et dixeris illi: respondent: Si sic: non huc accedimus: si sic: non intramus in ipsam ecclesiam. Veniant: intrent: audiant: Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: Etenim non potuerunt mihi. Super dorsum meum fabricauerunt peccatores: hoc est non potuerunt agere ut consentiam: fecerunt quod portem. *De* placere dictum est: quod optime significatum est: Etenim non potuerunt mihi: super dorsum meum fabricauerunt peccatores. Agunt nobiscum primo: ut consentiamus illi ad facta mala: si non consenserimus: tolerate nos dicunt. Ergo quia non potuisti mihi: ascende in dorsum meum: portare te habeo: quousque veniat finis. Sic enim mihi preceptum est: ut fructum afferam cum tolerantia: nunc te corrigo: tolero te: aut forte cum tolero te: corriges te. Si non te corrigis usque in finem: tolero te usque in finem: et usque in finem super dorsum meum eris. Veniat enim: quod inde te excutiat. Veniet tempus messis: veniet finis seculi: mittet deus messores: Messores autem angeli sunt: sepant malos de medio iustorum: sicut zizania a tritico: frumentum recedent in horreo: paleas autem comburent igni inextinguibili. Portavi quousque potui: iam gaudens transeo in horreum dei: et securus canto. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. Quid enim mihi facere potuerunt: quia expugnauerunt me a iuuentute mea: Exercuerunt me: non oppresserunt. Valuerunt mihi sicut ignis ad aux: non sicut ignis ad fennum. Ignis enim accedens ad aux: sordez tollit: accedens ad fennum in cinerem vertitur. Etenim non potuerunt mihi: quia non consensimus: quia non me fecerunt quales sunt ipsi. Super dorsum meum fabricauerunt peccatores: longe fecerunt iniusticiam suam. Fecerunt quod tolerem: et non fecerunt cui consentirem. Itaque ergo iniusticia ipsorum longe est a me. Adhali mixti sunt bonis: non solum in seculo: sed et in ipsa intus ecclesia mali mixti sunt bonis. Nolitis et probastis et magis probabit: si boni fueritis. Cum enim creuisset herba et fructus fecisset: tunc apparuerunt zizania. Nulli apparerent mali in ecclesia: nisi ei qui fuerit bonus. Postis ergo quia mixti sunt: et semper et vbiq; dicit scriptura: quia non sepabunt: nisi in fine. Sic quomodo mixti sunt longe sunt a se. Ne quis ergo ex eo quod mixti sunt mali inter bonos putaret iniustitiam esse iuxta iusticiam:

domini. Quid enim factura es o hierusalem? Trāsiēt certe et labor et gemitus: quid factura es? Aratura: seminataura: nouellatura: nauigatura es: negociatura es. Quid factura es? An in illis opibus quibus bonis et de misericordia ueniētibz: exerceri te ad huc optet? Cōsidera numerū tuū: cōsidera vndiqz societate tuā. Uide vtrū aliqz esuriat: cui porrigas panē. Uide si aliquis sitiat: cui des calicē aque frigide. Uide vtrū aliquis mō apud te pegrinus ē: quē hospitiū recipas. Uide vtrū aliquis sit eger quē uisites. Uide vtrū aliquis litiget: quē concordēs. Uide vtrū aliqz moriat: quē sepe lias. Quid ergo factura es? Collauda hierusalem dñm. Ecce hoc ē negociū tuū. Sicut solet in titulis scribi: vtere felix: collauda hierusalē dñm. Estote hierlm: memento de qb' dictū ē: Bñe i ciuitate tua imaginē ipsoꝝ ad nihilū rediges. Hi sunt qui modo gaudēt talibus pompis: inter illos sūt qui p̄pterea hodie nō uenerūt: qz mun' est. Cui mun' est? Cui damnū? Aut unde mun'? Aut vñ damnū? Nō enī illi tātū q̄ talia edūt dāno feriunt: s; maiori damno p̄cariētur qui talia libenter intuetur. Illorum arca auro exanimē: istoz pectus iusticie diuitijs expoliat. Plangūt pleriqz editores uēdētes villas suas: quō debēt plāgere speculatores p̄dētes aias suas. Itane ad hoc clamauit dñs dñico die: uigilate: ut hodie sic uigilaretur. Obsecro uos o ciues hierusalē: adiuro uos p̄ pacē hierusalē: p̄ redēptozē: p̄ structozē: p̄ rectozē hierusalē: ut cōuertatis p̄ illis p̄ces ad domini: ut uideāt: sentiāt qz nugātur: et mlti intenti in illa spectacula que illis placent: aliqñ et se spectēt: sibiqz displiceāt. In multis enī iam factū gaudemus: et aliqñ nos quoqz ibi sedimus: et insaniuimus. Et q̄ multos putam' ibi nūc sedere: futuros nō solū christianos: s; etiā episcopos. Ex p̄teritis futura cōijcim': ex his q̄ iaz facta sūt: que deus facturus est p̄nūciam'. Uigilēt p̄ces vestre: nō grati gemit' fratres: Prosus illi qui euaserūt de p̄cātes p̄ his q̄ piclitant: qui et ipi fuerūt in numero piclitātū exaudiūt: et abstrahet deus a captiuitate babilonie plebem suā: redimet omnino et eruet: et p̄ficiēt nūerus sanctorz gestātium imaginē dei. Nō ibi erūt quoz imaginem deus in ciuitate sua spernet: et ad nihilū rediget: quia et ipi in captiuitate sua: hoc est babilonia imaginē eius ad nihilū redige

rūt. Erit ille p̄plus laudans dñm: quē p̄uidet modo sp̄s p̄phetie: et dicit ut exultemus in spe: et desideremus ipsaz rem. Collauda hierlm dñm: Lauda deū tuū in syon. Collauda: qz ex multis cōstas: lauda: quia vnū facta es. Multi inq̄t ap̄plus: vnū sum' in christo Iesu. Quō ergo multi collaudamus: quō vnū laudam'. Idē multi q̄ vnū: qz ille in q̄ vnū sp̄ vn'. Quare inq̄t hec hierlm collaudo dñm: et laudo deū meū syō: Que syō: ipa hierlm: diuersis causis duo noia. Hierusalē dicta ē uisio pacis: syon dicta ē speculatio. Uidete si aliud sonāt ista noia nisi spectacula: ne putēt gētes se habere spectacula: et nos nō habere. Aliqñ dimisso theatro aut amphitheatro: cū ceperit ex illa cauea euomi turba p̄ditorū: aliqñ tenētes in animo phantasias uanitatē suē: et memoriā suā pascētes reb': nō solū inutilibus: s; et p̄nitiosis: gaudētes in eis tāqz in dulcibus: sed pestiferis: uident pleriqz ut sit transire seruos dei p̄gnoscut ipō habitu: uel uestis: uel capitis: uel frōte notos habēt: et dicūt apud semetip̄os et seclū: Miseros istos: qd̄ p̄dunt: Fratres: rogem' dñm p̄ beniuolētia ipsoꝝ: qz bonū illi putant: bene nobis uolūt: s; qui diligit iniquitatē odit aiām suā. Si odit aiām suā: quō amabit aiām tuā? Tū ipa puerla et inanis et uana bñuolētia dicēda bñuolētia nō ē: dolēt nos p̄dere qd̄ amāt: oremus ne p̄dāt qd̄ amam'. Uidete qualē hierlm exhortet ad laudē: uel potius p̄ntia laudaturā: Nō enī illius ciuitatis laudes tūc cū uidebimus: et amabim': et laudabim': uoce p̄phetica exhortande et excitāde sūt: sed p̄pterea modo dicunt hoc p̄phete: utpote q̄stū possūt in hac carne cōstituti: futura gaudia beatoꝝ eructātes i aures nostras: ut excitēt amorē illi' ciuitatis: Ferueam' desiderio: nō simus sp̄ritu pigri. Sed uidete qualē hierusalē dicit laudaturā deū: et unde laudaturā p̄fectiōe quadam beatitudinis: Collauda inquit hierlm dñm: lauda deū tuū syon: Et quasi diceret: vn̄secura laudabo. **Qm̄** confirmauit: inq̄t: **†** uectes portarū tuarū: Attendite fratres mei: cōfirmauit inquit uectes portarū tuarū: Uectiū cōfirmatio nō est portarū aptarū: sed clausarū. Unde pleriqz codices habēt: cōfirmauit seras portarū tuarū. Attendat caritas uestra: cōclusam hierlm dicit laudare dñm. Collauda hierlm dñm: lauda deū tuū sy

Alia lra.
† confortauit.
† seras.

iam dicit sibi bene est: procedit regula de thesauris dei: examinat liquidum: et quod gloriabitur castum se habere cor: Et quis gloriabitur mundum se esse a peccato: Sed quod dixit scriptura: Iudicium sine misericordia ei qui non fecit misericordiam. Quamvis quod proficias: sperabis in misericordia. Nam si iusticia sine misericordia prolata fuerit: in quolibet quod damnet inueniet. Que nos consolatur scriptura: Que hortatur ad misericordiam faciendam: ut oino crebrescamus in erogando quod amplius habemus. Multa autem superflua habemus: si non nisi necessaria teneamus. Nam si inania queramus: nihil sufficit. Fides quare quod sufficit operi dei: non quod sufficit cupiditati vestre. Cupiditas vestra: non est opus dei. Forma vestra: corpus vestrum: anima vestra: hoc totum opus dei. Quere que sufficiat: et videbis quod pauca sunt. Vidue suffecerunt duo minuta nummi ad faciendam misericordiam: suffecerunt duo nummi: ad emendum regnum dei. Ad vestiendos totiens venatores: quod sufficit editorum: Videte quia non solum pauca sunt que vobis sufficiat: sed nec ipse deus multa a vobis querit. Quere quantum tibi dederit: et ex eo tolle quod sufficit. Letera que superflua iacent: aliorum sunt necessaria. Superflua diuitum: necessaria sunt pauperum. Res aliene possidentur cum singula possidentur. Faciens ergo huiusmodi misericordias: et illa precipue que gratis constat: dimitte sicut dimittimus: quo non nisi caritate erogas: que crescit cum erogas: Faciens ergo et feruens in ipsis bonis operibus misericordie: que iam bona opera: ut iam diximus: tunc non erunt necessaria: quia nullus erit miser in quem facienda sit misericordia: expectabis securus iudicium: non tam securus de iusticia tua: quam securus de misericordia dei: quia et tu misericordiam progasti. Iudicium enim sine misericordia illi quod non fecit misericordiam. Super altat autem inquit misericordia iudicium. Ne putetis fratres quia tunc non est iustus quam non miseret: aut recedit a regula iusticie sue. Et cum damnat iustus est: et cum miseret iustus est. Quid enim tam iustum quam reddere misericordiam proganti: Quid tam iustum: quam ut in qua mensura mensi fueritis: in ea remetietur vobis: Ita egenti fratri. Cui fratri: Christo. Si quia fratri christo: et quia christo deo: quod est super omnia benedictus in secula: deus egere a te voluit: et tu manus retrahis: Lerte porrigis manus: et petis a deo. Audi scripturam: Non sit manus tua porrecta ad accipi-

endum: et ad dandum collecta. Erogari sibi vult deus ex illo quod dedit. Quid enim das quod ille non dedit: Quid enim habes quod non accepisti: Aut vero non dico deo: sed cuilibet de tuo das aliquid: De illi das: quod iubet ut des. Perrogator esto non inuasor. Nec ergo faciens: et si bona humilitate dicis: de illo oleo: ne forte non sufficiat nobis: intras et claudis: audi apostolum dicentem: Mihi autem minimum est ut a nobis dijudicer. Quia autem potes dijudicare conscientiam meam: Quia examinare quod animo facio: quod quod facio: Quantum potest homines de alio iudicare: Plus homo utique ipse de se: si de populo de homine quam homo de se. Ergo talis si fuerit intrabis: in quibus illis virginibus eris: cetera fatue excludent. Nam hoc habes in euangelio. Claudetur ostium: et stabunt et clamabunt: aperi nobis: et non aperiet. Quia confirmavit vectes portarum tuarum. Confirmavit inquit vectes portarum tuarum. Secura ista: secura lauda sine fine: lauda fortiter: clausa sunt porte tue: non exit amicus: non intrat inimicus. Confirmavit vectes portarum tuarum. Benedixit filios tuos in te. Non vagant foris: non peregrinant: interius gaudet: interius laudat: intus benedicunt: interius non periturum: quia iam neminem parunt. Filii sunt: sancti sunt: isti filii sancti iam laudantes et gaudetes: perituri et parti sunt matre caritate: inclusi sunt colligete caritate. Audi caritatem periturum illos: quia perdit Paulus apostolus: non solum paternum: sed et maternum amorem gereret in filios: Filii mei inquit quos iterum perituro. Cum Paulus eos peruriebat: caritas eos peruriebat. Cum caritas peruriebat: dei spiritus peruriebat. Caritas enim dei diffusa est in cordibus nostris: per spiritum sanctum quod datur est nobis. Ergo colligat quod perituri et pepit: Nemo iam inter filii sunt: securi sunt. Volantur de nido timoris: volantur in celestia: volantur in eterna: iam nihil metuunt temporale. Benedixit filios tuos in te: Quis: Qui posuit fines tuos pacem: Quo exultatis omnes: Hanc amate fratres mei. Adulterum delectamur: quando clamat de cordibus vestris pacis dilectio. Quo nos delectauit: Nihil dixerat: nihil exposuerat: verbum pronunciauit: et exclamastis. Quid de vobis clamauit: Bilectio pacis: Quid ostendit oculis vestris: Ubi clamatis: si non amatis: Unde amatis: si non videtis: Inuisibilis est pax: Quis est oculus quo visa est ut amaret: Neque enim acclamaret: nisi amaretur. Hec sunt spectacula que exhibet deus rerum inuisibilium. Quanta pulchritudine in

Alia Ista.
filijis tuis.

hierusalē pacē. Tu contra ista latras here-
tice: vñ merito dicis in illa ciuitate quod
scriptū est in apocalypsi: *Lanes fous.* Tu
contra ista latras: vnde iudicasti de orbe
terrarū vt dicere ceperā. Quo tribnali:
Presūptiōe videlicet cordis tui. Altū tri-
bunal: sed ruinosus. Dixit hoc Moyse:
dixerūt hoc pphete: et nō dū credūt qui se
christianos videri volūt. Torquebat qui
dā diues apud inferos: desiderauit aque
stillā de digito cōtempti ante ianuā suam
paupis: qm̄ vrebāt in flāmis: Et cū ei nō
daretur: quia iudiciū sine misericordia illi
qui nō fecit misericordiā: cū ergo ei nō da-
retur: dixit ad Abraā: *Pater Abraā: mit-
te Lazarū: habeo ibi quōs fratres: annū-
ciet eis q̄ h̄ patior: ne et ipsi veniāt in locū
hunc tormētōrū.* Et quid illi Abraā: *Ha-
bent illic Moyse et pphetas.* Et ille. *Nō
pater Abraā: sed si quis a mortuis resur-
rexerit credēt.* Et Abraā: *Si Moyse et p-
phetas non audiunt: nec si quis a
mortuis resurrexerit credent.* *De quib⁹ di-
xit: habēt ibi Moyse et pphetas: De his
vñq; qui adhuc viuebant: quibus adhuc
tempus correctiōis largum erat: qui non-
dum venerant in loca illa tormētōrū. Ha-
bent ibi inquit quos audiant: Moyse et
pphetas. Nō credūt his: sed si quis a mor-
tuis resurrexerit credent.* *Si Moyse et p-
phetas nō audiūt: nec si quis a mortuis re-
surrexerit credēt: Sētētia Abrae ē. Abrae
sententia vbi: Et vñ: De quodam excelso
loco: et pleno quietis: et felicitatē: quē vidit
ille qui cruciabat in flāma leuatis oculis
suis: qm̄ in eius gremio: id est in eius secre-
to vidit pauperem feliciter exultantem: in
de prolata est ista sententia. Tūc de quo
tribnali: ibi enim habitat deus: quia in
sanctis habitat deus. Tūc optat aposto-
lus et dicit: *dissolui et esse cū christo: mul-
tomagis optimū: et latroni illi dicitur: Ho-
die mecū eris in paradiso.* Ergo domin⁹ cū
Abraam: et in Abraam manēs dixit istaz
sententiā: *Habent ibi Moyse et pphete:
si illos nō audiūt: neq; si aliq; a mor-
tuis resurrexerit credent ei.* *O heretici: ha-
betis hic Moyse et pphetas: viuit: ad-
huc potest audire: adhuc licet corrigi: ani-
mositatem frenare: veritatē tenere adhuc
conceditur. Bisceptate vobiscū vtrū au-
diendus sit Moyse et pphete: qui fidei
sue testimonia tātū exhibuerūt: cū videam⁹
sic currere res būanas vt ab ipis pre-**

dicare sunt. Quid dubitatis adhuc crede-
re Moyse et prophetis? Quid dubitatis
audire? An forte queritis resurgētē a mor-
tuis: vtrū et ipse vobis dicat de ecclia sua?
Quesiuit hoc diues apud inferos aliquē
mitti ex mortuis ad fratres suos: reprehē-
sus est: quia hoc quesuit. Sufficere debue-
runt fratribus eius Moyse et prophete.
Ad hoc ille frustra q̄siuit: vt vos iaz exem-
plo admoniti ne frustra et sero querentes:
sicut ille torq̄amini: et audiatis Moyse et
pphetas. Quid dixit Moyse? *In se-
mine tuo benedicent omēs gētes.* Quid
dixerūt prophete? *Lōmemorabūtur et cō-
uertētur ad dñm vniuersi fines terre.* Ad-
huc mihi dicitur es: *Surgat aliq; ex mor-
tuis: ego nō credo: nisi aliquis inde vene-
rit et dixerit: O dñe gratias misericordie
tue: voluisti mori: vt aliquis ab inferis sur-
geret: et ipse aliquis nō quicūq; sed veri-
tas surrexit ab inferis: qui verū de inferis
diceret: et si ad inferos nō veniret: et tamē
propter voces imperitorum malorū ecce
ipse mortuus est: ecce surrexit ab inferis.*
*Quid dicis heretice? Quid dicit: Nō do-
te audiam: finite sunt omnes excusatiōes
tue: Et si verba deridis diuitū apud inferos
cōstituti: surrexit a mortuis christus: dig-
naris vñ ipm̄ audire? Ecce q; forte simul es
diuiti mortuo: viuos desiderabas surgere
ab inferis: Nō pater tu⁹: nō auus tu⁹: non
illi surrexerūt: qui nescio quos noīe tradi-
tionis infamauerūt. Sed ecce nō infama-
uerūt: verū dixerūt. Tūc nosse q̄ nihil ad-
me: Audiam⁹ simul qd dixerit qui surrexit
a mortuis. Quid pluribus inuozor: Au-
diam⁹: iam apiat euāgeliū: legat qd factū
est tanq; fiat: ponant ante oculos nostros
gesta p̄terita ppter cauenda futura. Ecce
christus surgēs a mortuis: ostēdit se disci-
pulis suis: *Fluptie ipsius: ipse sp̄s: ec-
clesia sp̄sa: ecce sp̄sus qui dicebat mor-
tuus: absumptus: finit⁹: ecce integer resur-
rexit: ecce ostēditur oculis discipulorum:
ecce prebetur contrectantibus manibus:
ecce tetigerūt cicatrices qui desperati sunt
vulnere. Exhibuit se oculis eorum viden-
dum: manibus contrectanduz: putabant
spiritum esse. Desperauerunt enī de salu-
te sua: exhortatur eos: confirmat in fide:
Palpate et videte quia spiritus carnē et
ossa nō habet: sicut me videt habere: Tā-
gunt: gaudēt: trepidāt. Et cū adhuc trepi-
darent pre gaudio: sic habes scriptū: et sic**

Aut utrunq; mecum crede: aut illud in dā-
nationē tuā credis. Quid enī: q; resurrexit
a mortuis: q; in eo corpe resurrexit: Bene
q; cicatrices ostendit: q; vt crucifixus est:
vt sepultus: ita redditus: ita demonstrat.
Optime credis: audi illū loquētē in quem
credis: Predicabit in noīe eius penitētia
et remissio peccatorū. Ubi: Per latas ter-
ras. Si vellem illud ego dicere: iam tu lu-
ctans aduersus hereticos: iam pugnās: iā
habēs cū illis cōflictū tāte questionis: nō
illud dicerē sic cōtra presentes hereticos:
quomō illud dixit ille p̄tra futuros. Quid
vis amplius? Remissio peccatorū in chri-
sti nomine predicat. Ubi: Per omnes gen-
tes. Unde: Incipiēs ab hierusalē. Cōmu-
nica huic ecclesie. Quare litigam? Lepit
enī hec ecclesia ab hierusalē ista terrena:
vt gaudeat de deo in illa hierusalē celesti.
Ab hac enī incipit: ad illam terminat. In
illa tota ecclesia erit: ab ista exordiu; fidei
sumpsit. Lege actus apostolor; si forte mē-
tor: quomō ibi erāt cōgregati discipuli cū
venisset spūscētūs: vt ostendat tibi quod
dixit dñs: incipiētib; ab hierusalē: quomō
linguis omnium locuti sunt in quos venit
spūscētūs. Quare nō vis loqui omniū lin-
guis: Ecce ibi oēs lingue sonuerūt: Qua-
re mō cui datur spūscētūs nō loquit oīum
linguis: Hoc enī tūc erat iudiciū venien-
tis in homīes spūscētū: vt linguis oīum
loquerent. Adodo qd dicturus es hereti-
ce: Quia non datur spūscētūs: Non dico
tibi datur: an nō datur: Si nō datur: quid
est qd agitis: loquēdo: baptizando: bene-
dicēdo: Quid est qd agitis: Inania cele-
bratis. Ergo datur. Si dat: quare linguis
omniū non loquunt quib; datur: Nunqd
defecit donum dei: aut minor est fructus?
Creuerūt zizania: sed et triticū: sunte vtra-
q; crescere vsq; ad messē. Non dixit cre-
scant zizania: decrescat triticū: vtrunq; cre-
uit. Quare nō apparet mō spūscētūs in lin-
guis omīibus: Immo vero apparet in lin-
guis omīib;. Tunc enī nōdū erat ecclesia
per orbē terraz diffusa: vt mēbra christi in
omīib; gentib; loquerent. Tunc implebat
in vno: qd prenūciabat in omīib;. Jam to-
tum corpus christi loquit oīum linguis: et
quib; nōdū loquit loquet. Crescit enī ec-
clesia donec occupet oēs linguas. Quod
vos deseruistis quousq; creuit: Tenete vo-
biscū quousq; accedat: vt nobiscū puēna-
tis ad ea que nōdum accesserūt. Loquor
omniū linguis: audeo tibi dicere in corpo-

re christi sum: in ecclesia christi suz. Si cor-
pus christi omnium linguis iam loquitur:
et ego in omnibus linguis sum: Mea est
greca: mea est syra: mea est hebreca: mea est
oīm gentiū: q; in vnitāte sum oīm gentiū.
Ergo frēs cepit ecclesia ab hierusalē: vt
per omnes gētes ppagaret. Quid euiden-
tius hoc testimonio legis r pphetaz ipius
dñi: Apostolor; vbiq; psonāt voces: red-
dētes testimoniū spei nostre in vnitāte cor-
poris christi. Gaudete in frumentis: tole-
rate zizania: genite in tritura: suspirate in
horreū. Veniet illud tempus quo gaude-
bim;: cōfirmatis vectibus portarū hieru-
salē. Intret qui intraturus est: qui illuc ma-
nifestus intrabit: huc vict; nō intret. Qui
aut; huc victus intrat foris est. Fous est et
nescit: vētilabrū pbabit: vectes pbabūt.
Qui mō vere intus et veraciter intus: ibi
firmiter intus. Qui aut; hic tolerādo intus:
ibi gaudēdo intus. Fines enī hierim pax:
q; posuit inquit fines tuos paces. Adodo
desideram; pacem quā hic habem; in spe.
Adhuc enī in nobiscū qualis pax? Caro
cōcupiscit aduersus spū: spū aut; aduer-
sus carnē. Ubi plena pax in vno homīe:
Quando erit plena in vno homīe: tunc
erit plena in omnibus ciuib; hierusalēz.
Quādo erit plena pax: Quādo corrupti-
bile hoc induerit icorruptionē: et mortale
h induerit immortalitē: tūc plena pax: tūc
firma pax. Nihil litigat aduersus animaz
in hoīe: nō ipsa aduersum se ex quadā par-
te saucia: non carnis fragilitas: nō indigē-
tia corporis: non fames: non sitis: non frigus:
non estus: non lassitudo: nō vlla in-
opia: nō prouocatio rixe: nō certe ipsa sol-
licita cautela et vitādi inimici et diligēdi.
Hec omīa frēs mei litigāt aduersum nos:
nōdū est plena et pfecta pax. Qd clama-
stis qui iam dudū nominata pace ex desi-
derio clamastis: clamor vester de siti erat:
non de saturitate: quia ibi erit pfecta iusti-
cia: vbi perfecta pax. Adodo esurimus et
sitimus iusticiā: Beati qui esuriūt r sitiūt
iusticiam: quoniā ipsi saturabunt. Quo-
modo ipsi saturabuntur: Cum ad pacem
venerim;. Ideo cum dixisset: qui posuit
fines tuos pacē: quia ibi saturitas et nulla
indigentia: subdit statim. Et adipe fru-
menti ^{Et la fca.} fatians te. Fratres quoniā pax ^{t satur.}
ipsa de qua loquimur nōdū est in totis no-
bis: id est in vnoquoq; nostrum tota: ad-
huc forte a spiritu vestro delectat audire.

Sed si nihil resistit et rebellat: ex corpore si-
niemus psalmum: Fatigatos vos nusquam vi-
deo: tamen vereor nouit deus ne oneri sim vo-
bis aut quibusdam fratribus: et video studia
multorum exigentium hunc laborem de me et su-
dorere: quem credo in domino non futurum infru-
ctuosum. Gaudeo tantam esse voluntatem in
veritate verbi dei: ut studium vestrum bonum
in bono et de bono vincat studium infanorum
currentium in amphitheatrum. Nunquid illi si tam
diu starent adhuc spectarent? Ergo fratres
audiamus cetera: quia hoc vultis: Assit dominus:
assit et viribus et mentibus nostris. Qui posuit fi-
nes tuos pacem: ad illam hierusalem dicit: et
ad ipe frumenti satias te: Transiit fames et si-
tis: iusticie succedit saturitas. Qui ibi erit
adeps frumenti: nisi panis ille qui descen-
dit de celo ad nos? In patria ipsa quomodo sa-
turabit: qui in peregrinatione sic pauit? Jam
modo de ipsa peregrinatione nostra locutus est:
qua venit ad illam hierusalem: ubi collauda-
bimus dominum. Laudabimus dominum deum nostrum: nos
hierusalem: nos syon: quoniam confirmabunt vectes
portarum nostrarum. Etenim ille qui tunc satiabit ad i-
pe frumenti: quod facit in ista peregrinatione: Hoc
quod sequitur. **Qui emittit verbum suum
terre: Ecce in terra laboramus fessum: languidi:
pigri: frigidi: Quomodo leuaremur ad adipem fru-
menti satiantem: nisi mitteret verbum suum ter-
re qua grauabamur: terre qua impediema-
mur a reditu: Misit verbum suum: non deseruit
etiam in heremo: pluit manna de celo. Qui
emittit verbum suum terre: et venit ad terras
verbum eius. Quomodo eius? Aut quod est ver-
bum eius? **Usque in velocitate currit
verbum eius.** Non dixit velox est verbum
eius: currit verbum eius usque in velocitate.
Intendamus fratres: non potuit eligere melius
verbum: calidus calore calefcit: frigidus fri-
gore frigescit: velox velocitate velox fit.
Quid calidius ipso calore: quo calet quic-
quid fit calidus? Quid fridius ipso frigore:
quo frigescit quicquid frigidum fit: Quid
ergo velocius ipsa velocitate: qua velox
fit quicquid velociter currit? Possunt di-
ci multa velocia: alia magis: alia minus: et
tanto queque res velox est: quanto est parti-
ceps velocitatis: ergo magis velox: aut minus
particeps velocitatis: ergo minus velox:
Ipsa itaque velocitate quod velocius: Ergo
quousque currit: Usque in velocitate. Quan-
tum vis auge quod velox est verbum: et dic: velo-
cius est quam illud: aut illud: quam aues: quam veteri:**

Alia ista.
et eloquium.

Alia ista.
et velociter.
et sermo.

quam angeli: Nunquid aliquid horum actum, quanta ipsa
velocitas usque in ipsam velocitatem: Velo-
citas ipsa quid est frater? Ubique est: non est in
parte. Hoc pertinet ad verbum dei non esse in
parte: ubique esse per se ipsum verbum: ex quo dei
virtus: et dei sapientia est: nondum assumpta
carne. Si cogitemus deum in forma dei: verbum
equaliter patri: ipsa est sapientia dei: de qua di-
ctum est: Attingit a fine usque ad finem forti-
ter. Quanta velocitas: Attingit a fine usque
ad finem fortiter. Sed forte immobilitate at-
tingit. Si immobilitate tamquam moles aliqua
saxea impleat locum aliquem: dicitur quod at-
tingit eiusdem loci a fine usque ad finem: non tamen
in motu. Quid ergo dicimus? Non habet mo-
tum verbum illud. Et sapientia illa stolidus est:
Et ubi est quod dicitur de sapientie spiritu: Cum multa
dicerentur: acutus inquit mobilis: certus
incontaminatus. Sic ubique sapientia dei mo-
bilis. Si ergo mobilis: quando hoc tangit:
illud non tangit. Aut hoc tangit: illud dese-
rit: Et ubi est velocitas: Hoc facit veloci-
tas: ut et ubique semper sit: et nusquam inclusa te-
neatur. Sed cogitare ista non possumus: pigri
sumus. Quis ista cogitet? Et reuera fra-
tres quoniam dixi: quomodo potui: si tamen po-
tui: si intellexi: et quomodo potuistis: intellexi-
stis. Sed quid dicit apostolus: Et ait qui
potens est facere supra quam petimus aut intel-
ligimus. Quid hic ostendit? Quia quotiens-
cumque intellexerimus: non intelleximus sicuti
est. Quare hoc? Corpus enim quod corrum-
pitur aggrauat animam. Ergo in terra frigi-
di sumus. Velocitas enim seruens est: et omnia
seruentiora velociora: omnia frigidiora tardio-
ra. Nos tardus: ergo frigidus: Illa autem sapien-
tia currit usque in velocitate. Ergo seruentissi-
ma est. Nec est quod se abscondat a calore eius.
Nos ergo qui frigidus corporis tarditate: vin-
culo terrene vite huius corruptibilis one-
re nullam ne spem habemus ad capiendum ver-
bum: quod usque in velocitate currit: An vero
ille quis ex corpore in infima depressos dese-
ruit: Nonne ipse predestinauit nos antequam
in isto mortali et pigro corpore nasceremur?
Qui ergo predestinauit nos: dedit terre nuem
ipsum nos. Jam enim veniamus ad illos psal-
mi versus subobscuros: incipiant illa inuo-
ca euolui: quam vos verbum dei quanto ma-
gis per nos dicit: tanto audidiores inuenit.
Ecce nos pigri in hac terra quasi congelati
uimus hic: et quomodo contingit nuibus: rursus enim
gelant et in ima decidunt: sic frigescente cari-
tate decidit humana natura in has terras:

ergo corpore immolata vel
illa nunc sunt predestin
Et enim illi: hunc
quod est velat lanam: Ad
velat velat: pigri: ad huc
predestinauit: facturus
materies vestis est:
et velum preparato est al
predestinauit: quos ad ipse
tra: et nondum seruus ipse
manone cui ad huc loquitur:
ut bos deus: et facturus est
Quero in monte vestis ch
nir. Fulgebant vestis ch
re illa lana tam facta erat tu
na: ad est de nuem qua deduc
huc predestinam pigri erant. E
re quod sequatur: sicut lan
de tunicis. Quomodo enim dicit
predestinam: dicit et vestimen
eclesia. Unde est illud quod
tribere sibi gloriosam eccle
tam macula aut rugam. Ex
in gloriosam ecclesia non ha
ut rugam. Faciat sibi vest
qua predestinauit in nuem. Q
incredulitate: et frigiditate:
vestem de hac lana: ut ablu
mundet fide: ut rugam uo
in cruce. Qui dat nuem ve
predestinam sunt: vocati su
predestinauit: illos et vocauit
vocatur ex languore cogit
hant: Quomodo vocatur: Q
Non venit vocare iustos: s
menam. Incipit ergo iam pre
illius cognoscere tempore
petri sui: incipit vocand
tama. Quero ergo qui e
lanam propter coactum tami
propter vocandem in penite
velut cinerem spargit.
velut cinerem spargit. Quis
sicut lanam. Quos enim prede
in penitentia: quos predesti
vocauit. Lana autem ad peni
Quid vocantem ad penitenti
brauit quibusdam: cum ambu
tibi. Corroam: ve tibi. Be
in tyro et sidone facte esse
hate sunt in vobis: olim in
care penitentiam egissent. E
velut cinerem spargit. Quid
cinerem spargit: Lum v

et pigro corpore inuoluta velut nix facta est. **S**ista niue sunt predestinati filij dei. **D**at enim ille: niuem velut lanam: Quid est velut lanam: Id est de niue qua dedit de istis pigris adhuc spu et frigidis quos pdestinavit: facturus est aliqd. Lana enim materies vestis est. Lana enim cu videt veluti pparatio est aliq ad vestem. Ergo qz pdestinavit quos ad tps frigidu repit i terra: et nondu feruet spu caritatis: de pdestinatioe enim adhuc loquit: veluti lanam dedit hos deus: et facturus est inde vestem. **M**erito in monte vestis christi fultit sicut nix. Fulgebat vestis christi sicut nix: tanq de illa lana iam facta erat tunica: de qua lana: id est de niue qua dedit sicut lanam: adhuc pdestinati pigri erant. Sed expecta: vide quid sequat: qa sicut lanam dedit eos: sit inde tunica. Quomodo enim dicit ecclesia corpus christi: dicit et vestimentu christi ipsa ecclesia. **I**nde est illud quod ait aplos: **E**t exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam. Ergo exhibeat sibi gloriosaz ecclesiam non habentem maculam aut rugam. **F**aciat sibi vestem de illa lana qua pdestinavit in niue. Adhuc in hominibus incredulis: et frigidis: et pigris: faciat vestem de hac lana: vt abluat a maculis: munde fide: vt rugam non habeat tendat in cruce. **Q**ui dat niuem velut lanam. **I**am si pdestinati sunt: vocadi sunt. Quos enim pdestinavit: illos et vocavit. **I**am quomodo vocatur ex languore corporis illius vt sanifiant: Quomodo vocatur: **A**udi euangelium: **N**on veni vocare iustos: s; pctores in penitentiam. **I**ncipit ergo ia pdestinatioe niuis illius cognoscere torporem suuz: accusare pctm suu: incipit vocatioe venire ad penitentiam. **M**erito ergo qui dat niuem velut lanam ppter cofectu tunice future: etiam ppter vocatione in penitentiam. **N**ebulam velut cinerem spargit. **N**ebulam inquit velut cinerem spargit. **Q**uis: **Q**ui dat niuem sicut lanam. Quos enim pdestinavit vocat in penitentiam: qz quos pdestinavit illos et vocavit. **C**inis autem ad penitentiam pertinet. **A**udi vocante ad penitentiam: cum exprobrauit quibusdam ciuitatibus dicens: **T**e tibi Corozaim: ve tibi Bethsaida: quia si in tyro et sidone facte esset virtutes que facte sunt in vobis: olim inquit in cilicio et cinere penitentiam egissent. **E**rgo nebulam velut cinerem spargit. **Q**uid est nebula velut cinerem spargit: **C**um vocat quisq ad

intelligendu desu: et dicit illi: cape veritate: incipit velle capere veritate: non sufficit: videt se quadam caligine pati qua antea non videbat. **A**dhuc est illa nebula: vt noueris nescire te: et noueris quid scire oporteat: et videas te inuolidu ad illud sciendu quod oportet sciri. **N**am si in ista nebula iam te presumpseris scire: audies ab apostolo: **Q**ui se putat aliquid scire nondu scit quemadmodu oporteat eu scire. **E**rgo nondum coprehendisti: adhuc nebulam pateris. **S**ed non te deseruit qui accendit tibi lucernam carnis sue. **N**on cires in nebula: fide sequere. **S**ed qz conaris videre et non potes: peniteat te pctozuz: qz nebula velut cinis sparsa est. **Q**uid iam te peniteat: **C**ontumace te fuisse aduersus deu. **Q**uid ia te peniteat: **S**ecutu te fuisse vias tuas malas: puenisse in ista difficultate illi beate visionis: et erit tibi salubris nebula: qua sicut cinis spargit deus. **T**u ipse es adhuc nebula: sed velut cinis. **A**dhuc enim penitentes volutant in cinere fratres mei: tanq si mules se cotesitates: dicetes: deo suo: cinis sum. **B**ixit enim quedam scriptura: **B**esperxi memetipm et distabui: et estimavi me terram et cinerem. **H**ec est humilitas penitentis. **Q**uando **A**braam loquit ad deu suu: et quando vult sibi aperiri incendiu sodomozuz: ego inquit terra et cinis sum. **Q**uomodo fuit ista semp humilitas in magnis et sanctis viris: **N**ebulam g velut cinerem spargit. **Q**uare: **Q**uia quos pdestinavit illos et vocavit: qui non venit vocare iustos: sed peccatores in penitentiam. **Q**ui emittit crystallu suu velut frusta panis: **N**on denuo laboradu est dicere quid sit crystallu. **P**relocuti enim sum: et credo non excidisse caritati vre. **Q**uid ergo est: mittit crystallu suu velut frusta panis: **Q**uomodo nix illa ipsius: qz pdestinator est. **Q**uomodo nebula illa ipsius: qz ipsi vocant ad penitentiam qui pdestinati sunt ad salutem: sic est quodammodo crystallu ipius. **Q**uid est crystallu: **M**ultu obduruit: multu ogelauit: non ia sic nix facile solui pot. **N**ix multoz annoz tpe durata et serie scloz crystallu df. **E**t h mitit velut frusta panis. **Q**uid hoc sibi vult: **F**uerut nimis duri: non iam niui: s; crystallo coparadi: et ipsi pdestinati sunt et vocati: et quida eoz ita: vt pasceret alios et esset vales alijs. **E**t quid opus est vt numeremus multos: forte quos nouim: illu aut illu: **O**ccurrit vnicuiq cogitanti ex bis quos

Alia lra.
t qui dat.
t sicut.

Alia lra.
t dicit.
t sicut buo
cellas.

Alia lra.
t sicut.

quā condidit deus: ipsa quidē per se voce sua: et corde suo nō laudāt deum: sed cum ab intelligentibus cōsiderant: per ipsa laudatur deus: et cum p ipsa laudatur deus: quodamō et ipsa laudant deū. Verbi gratia: Laudant deum in celis: oīa que habēt spiritū vite: et intellectū purū ad eū contēplandū: et sine fastidio et defectu diligendum. Laudant autē dñm per intellectū in terra discernendi bonū z malū: et p intellectum cognoscendi creaturā et creatorem homines qui ista cogitāt: z quibus tribuit dñs mentē discernēdi ista delectandi atq; laudandi: hoīes possūt. Pecora nūquid habent hmoi intellectum: Si haberent huiusmodi intellectū pecora: nō nobis diceret deus: Nolite esse sicut equ⁹ et mul⁹ qui bus nō est intellect⁹. Quā hortatur nos vt nō simus sicut pecora sine intellectu: ostendit nobis quia homini tribuit intellectum ad laudandū deum. Arbores nūquid vel vitam habēt: ipsam qua sentiūt sicut pecora: Nam pecora et si sensuz interiorē rationalem z mentē intelligentē atq; discernentem nō habēt quā homo habet vt laudent deum: habent tñ vitam manifestā: sic nouimus appetendi cibū: vtilia sumendi: noxia respuendi: sensus corpalia discernēdi: Visum ad colores: auditū ad voces: olfactū ad odores: gustuz ad saporē: motus vel ad voluptates: vel ad molestias cognoscendas: Intelligimus hec: z videmus ante oculos nostros. Non habent rationē intelligendi: sed habēt spiritū corpis animati et vitam manifestā. Arbores aut nec ipsā habēt: et tñ omnia laudāt deū. Quare laudant deum: Quia cū ista videm⁹: et cōsideram⁹ creatorē q̄ ea fecit: de illis nascit i nob laus dei: z cū ipsorū cōsideratione laudat de⁹: oīa laudāt deū. Lepit ḡ iste de celo: laudāt oīa: et dic̄ laudate. Quare cū laudant dicit laudate: Quia delectat⁹ est in eo quod laudant: et placuit ei quasi ad iūgere hortationē suaz: Quō si venias ad homines bonū aliquid opantes cum gaudio: siue in vinea: siue in messe: siue in agricultura: placet tibi quod faciūt: et dicis facite: agite. non vt tūc incipiāt facere qñ dicis: s̄ quia placet tibi qd faciētes inueniens: ad iūgis gratulationē et exhortationē tuam. Bicedo enim facite: z exhortādo facientes: voto quasi facis cuz illis. In hac ergo exhortatione plenus spiritu ppheta dicit hec: et psalmus est Aggei et Zacha-

rie: sic habet titulum: Isti duo pphete eo tempore quo captiu⁹ populus tenebat in babilonia: prophetabant iam futurū finē captiuitatis: vt restauraret ciuitas hierusalē: que bello ceciderat. Significauerunt ergo nobis in mysterio vitā futuram: vbi laudemus deū post captiuitatē vite p̄sentis: vbi erit innouatio ciuitatis illius magne hierlm vñ pegrini suspiramus: captiuati adhuc sub onere et sarcina corporis mortalis vnde adhuc gemimus in pegrinatione: exultabimus autē in patria. Qui aut nō gemit peregrinus: non gaudebit ciuis: quia desiderū nō est in illo. Prophe te ergo isti sancti: magnam consolationem prebuerunt: tunc captiuato populo scdm carnem: id est constituto in babilonia sub regibus alienigenis. Ostendebāt enī per prophetiam futurum tempus liberationis: a captiuitate instauratiōis hierusalē. Sed illa omnia in figura gesta sunt: habent veritatē suam. Figurata sūt in antiquis: presentia ostenduntur in nobis. Adhodo ergo quid dicit ap̄lus: Q̄ diu sumus in corpore pegrinamur a dño: Nō dñi sumus in patria. Quādo erimus in patria: Quādo triumphabim⁹ deuicto inimico diabolo: quādo mors nouissima inimica destruet. Tūc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Ubi ē mors cōtentio tua: Ubi est mors aculeus tuus: Quādo ergo nulla erit mortis cōtentio: que modo est: et facit nos gemere ex defectu: ex mobilitate rerum: et fragilitate carnis humane: p̄tendūt nobiscū quotidie tēptatiōes: p̄tē dūt nobiscū quotidie delectatiōes: z si nō cōsentimus: tamē molestiā patimur: et cōtendimus: et magnum piculum est: ne qui contendit vincatur. Si aut nō cōsentiedo vincamus molestias: tñ patimur resistendo delectationibus: non cessat: et nō moritur hostis: nisi in resurrectione mortuorum: Sed p̄sumamus: fidam⁹: erigunt nos Aggeus z Zacharias: cātant futurā liberationem nr̄am. Si illi pp̄lo cātauerūt: et impletū est: christiano pp̄lo qd cantatur nō implebit. Securi estote nō tātūmodo in ista pegrinatiōe vite hui⁹: sed quō h agatis: videte: Nō vobis placeat amor babilonie: ne obliuiscamī ciuitatē hierlm. Et si corp⁹ nostrū adhuc in babilonia tenet: cor nostruz ad hierlm p̄mittat. Laudet ergo tota creatura dñm: qz hoc ibi facturi sumus qd hic p̄meditamur. Laudate dñm de celis:

Laudate eū in excelsis. Primo de ce-
lis dicit: postea de terra. Laudatur enī de-
us qui fecit celū et terrā: Celestia tranquil-
la sūt: pacata sūt: ibi sp̄ gaudiū: nlla mori:
nlla egritudo: nlla molestia: sp̄ laudāt deū
bñ. Nos aut̄ adhuc in imo sum⁹: s̄ cū cogi-
tam⁹ quō illic laudetur deus: cor ibi habe-
mus: et nō sine causa audim⁹: sursum corda.
Leuem⁹ cor sursum: ne putrescat in fra: qm̄
placet nobis qd̄ ibi agunt angeli. Adodo
nos spe: postea re: et cuz illuc venerimus:
Laudate ergo eū in excelsis. **Laudate**
te eū omnes angeli ei⁹: laudate eū
oēs virtutes ei⁹. Laudate eū sol
et luna: laudate eū oēs stelle et lu-
men. **Laudate eū celi celorū: et**
aque que sup̄ celos sūt laudent no-
men dñi. Qñ explicauit omnia nūeran-
do: Sed tñ sumatim quasi oīa p̄strinxit et
cōclūsit omnia celestia laudātia creatorē
suū. Et qñ diceret ei: quare illū laudāt: qd̄
illi debent: quid illis cōtulit vt laudāt eū:
Sequitur. **Qm̄ ip̄e dixit et facta sūt:**
ip̄e mādauit et creata sūt. Nō mirū
si opa laudēt opatorē. Nō mirū ē: si facta
laudēt factorez. Nō mirū si creatura lau-
det creatorē. Ibi et christ⁹ noiatus ē: et qñ
nō audiuim⁹ nomē ipsius: qui est christus:
In principio erat verbum: et verbum erat
apud deū: et de⁹ erat verbū: hoc erat in p̄-
cipio apd̄ deū: **Sia p̄ ip̄m facta sūt: et sine**
ip̄o factum ē nihil. Per qd̄ facta sūt: Per
verbū. Quō hic ostēdit: qz p̄ verbū facta
sūt: Ip̄e dixit et facta sūt: ip̄e mādauit et
creata sūt. Nemo dicit: nemo mādat: nisi
verbū. **Statuit ea in seculū et in se-**
culū seculi: Omnia celestia: oīa superio-
ra: virtutes oēs atqz angelos ciuitatē quā
dā sup̄nā: bonā: sanctā: beatā: Tñ qm̄ pe-
grinamur miseri adhuc sumus: et quo redi-
turi in spe beati: et quo cū redierimus: in re
beati. Statuit ea in seculū et in seculū secu-
li: **Preceptū posuit et non p̄teribit.**
Quale p̄ceptū putatis habere celestia et
angelos factos: Quale p̄ceptū dedit illis
de⁹: Quale: nisi vt laudēt illū: Beati quo-
rū hoc est negociū laudare deū: Nō arāt:
nō semināt: nō molunt: non coquūt. Opa
enī sūt ista necessitat: Ibi necessitas nō ē.
Nō furātur: nō dep̄dant: nō adulterātur.
Opa enī sūt ista iniqtat: Ibi iniqtas nō ē.
Nō frāgūt panē esuriētī: nō vestiūt nudū:
nō suscipiūt pegrinū: nō visitāt egrotū: nō
cōcordant litigiosū: nō sepeliūt mortuum.
Opa enī sūt ista misericodie: Ibi aut̄ nul-

la miseria est in qua fiat misericordia. O be-
ati. Putam⁹ enim⁹ nos sic: Eia suspirem⁹:
de suspirio gemam⁹. Et qd̄ sumus vt ibi si-
mus: Mortales: piecti: abiecti: terra et ci-
nis. S; q̄ p̄misit omnipotēs est. Si ad nos
attendam⁹ quid sumus: Si ad illū: de⁹ est:
omnipotēs est. Nō est facturus angelū ex
hoīe: qui fecit hoīem ex nihilo. Aut vero
p̄ minimo habet de⁹ hoīem: p̄p̄ quē mo-
ri voluit vnicū suū: Attendam⁹ ad iudici-
um dilectiōis et p̄missiōis dei. Tales ar-
ras accepim⁹: tenemus mortē christi: tene-
mus sāguinē christi. Quis mortu⁹ ē: Uni-
cus. Pro quib⁹ mortuus est: Utinā p̄bo-
nis: utinā p̄ iustis. Sed qd̄ est: Etenim christus
ait ap̄lus: p̄ impijs mortuus est. Qui
donauit impijs mortē suā: qd̄ seruat iustis
nisi vitā suā: Erigat ḡ se hūana fragilitas:
nō desperet: non se collidat: nō se auertat:
nō dicat: Nō ero. Qui p̄misit: de⁹ ē: et ve-
nit vt p̄mitteret: apparuit hoīb⁹: venit sus-
cipere mortē nostrā: p̄mittere vitā suam.
Venit ad regionē pegrinatiōis nostre ac-
cipere hic quod abūdat: opprobria: flagel-
la: colaphos: sp̄ta in faciem: p̄tumelias:
spineā coronā: suspēsiōem in ligno: crucē:
mortē. Hec abūdant in regiōe nr̄a: ad ta-
lia cōmercia venit. Quid hic dedit: Quid
hic accepit: **Bedit exhortatiōem: dedit do-**
ctrinā: dedit remissiōem p̄ctōz: accepit cō-
tumelias: mortē: crucē. **Artulit nobis de il-**
la regiōe bona: et in regiōe nostra ip̄e ptu-
lit mala. Promisit tñ nobis qd̄ ibi futuri si-
mus: vñ venit: et ait: **Pat̄ volo vt vbi ego**
sū et ip̄i sint mecū. **Lata p̄cessit dilectio: qz**
vbi nos eram⁹: fuit nobiscū: vbi ip̄e est eri-
mus cū illo. Quid tibi p̄misit de⁹ o hō mor-
talis: Quia victur⁹ es i et̄nū. Nō credis:
Crede. Plus est iā qd̄ fecit: ḡ qd̄ p̄misit.
Quid fecit: **Mortu⁹ ē p̄ te.** Quid p̄misit:
Est viuas cū illo. **Incredibili⁹ ē qd̄ mortu-**
us ē et̄nū: ḡ vt in et̄nū viuat mortalis. **Iā**
qd̄ incredibili⁹ ē tenem⁹. Si p̄p̄ hoīez mor-
tu⁹ ē de⁹: nō ē victur⁹ hō cū deo: Nō ē vic-
tur⁹ mortal⁹ i et̄nū p̄p̄ quē mortu⁹ ē q̄ vi-
uit i et̄nū: S; quō mortu⁹ ē de⁹: Et vñ mor-
tuus ē de⁹: **Et pōt mori de⁹: Accepit ex te:**
vñ morēt p̄ te. Nō posset mori: nisi caro: n̄
posset mori: nisi mortale corp⁹: **Induit se**
vbi morēt p̄ te: iduet te vbi cū illo viuas.
Ubi se niduit morte: In v̄gnitate nr̄is.
Ubi te iduet vita: In eq̄litate p̄ris. **Elegit**
sibi h̄ thalamū castū: vbi p̄iūgeret sp̄sūs
sp̄se. **Uerbū caro factū ē: vt fieret caput**
ecclie. **Uerbū enī ip̄m nō ē pars ecclie: sed**

ut esset caput ecclesie: carnem assumpsit. Quidam nostrum iam sursum est: quod hic accepit ubi mortuus est: ubi crucifixus est. In quedam primitie tue precesserunt: dubitas quae secutus es. Ergo convertat se et ad terrena: quia iam dixit laudes celestium. **Laudate dominum de terra:** Superius enim unde cepit: Laudate dominum de celis: et enarrauit celestia. **Quod audi terrestria. Dracones et omnes abyssi.** Abyssi profunditates aquarum sunt: maria omnia et nubilosus iste aer: ad abyssum pertinet: Ubi nubes: ubi ventus: ubi tempestates: ubi pluuia: conuulsiones: tonitrua: gradines: nix: et quicquid vult deus fieri super terras de isto humido et caliginoso aere: totum huius terre nomine appellauit: quia in imis mutabile est atque mortale: nisi forte putatis quia sursum pluit stellis. Omnia ista hic fiunt prope ad terram. Et aliqui sunt homines in cacuminibus montium: nubes sub se vident et fiunt plerumque pluuie: et apparent bene intencis omnia ista que perturbato aere concitantur hic fieri in ista mundi parte infima: propterea ad istas caliginosam: id est ad hunc aerem tanquam ad carcerem damnatus est diabolus: de apparatu superiorum angelorum lapsus cum angelis suis. **Ita apostolus** huius de illo dicit: **Secundum principem potestatis aeris huius** qui nunc operatur in filios diffidencie. Et alius apostolus dicit: **Si enim deus angelis peccatoribus non peperit: sed carceribus caliginis inferni retrudens: tradidit in iudicio puniendos seruari: infernum hoc appellans quod inferior pars mundi sit.** **Noli ergo cogitare quod accepit diabolus: sed quid perdidit.** **Quia ergo ista videtis qualia sunt: mutabilia: turbata: terribilia: corruptibilia: tamen habent locum suum: habent ordinem suum: implent et ipsa vniuersam pulchritudinem pro modo suo: et ideo laudant dominum.** **Conuersus ergo ad illa tanquam exhortans: et ipsa imo exhortans nos: ut eorum consideratione laudemus dominum.** **Sic enim laudat deum cum considerata pariter laudem dei: cepit ita dicere: Laudate dominum de terra: dracones et omnes abyssi.** **Dracones circa aquam versantur de speluncis procedunt: serunt in area: concitant propter eos aer.** **Magna quedam sunt animata dracones: maiora non sunt super terram.** **Propterea inde cepit: dracones et omnes abyssi.** **Sunt autem spelunce aquarum latentium unde flumina: unde fontes procedunt ut fluant super terram: alia occulta subter eunt: et totum hoc atque omnis ista humida natura aquarum simul cum mari: et isto**

infinito aere abyssus vel abyssi vocant: ubi viuunt dracones: et laudant deum. Quid putamus? Quia choros faciunt dracones: et laudant deum: Sed vos considerantes dracones: attendite artificem draconum creatorum draconum. Et cum miramini dracones et dicitis: magnus deus qui hec fecit: dracones laudant deum de vocibus suis. Et dracones et omnes abyssi. **Ignis: grando: nix: glacies: spiritus tempestatis: que faciunt verbum eius.** Quare hic addidit: que faciunt verbum eius: **Multi stulti non valentes contemplari et discernere creaturam locis suis et ordine suo: sed nutu et iussu dei agentem motus suos: visum est illis: quia superiora omnia deus gubernat: inferiora vero despicit: abiicit: desent: ut nec curet ista: nec gubernet: nec regat: sed casibus regant: quod possunt: quia possunt: et mouent illos qui dicunt aliquando sibi: sed non dicant tibi: id est ne audiendo tu presertim quoniam ista dicunt: blasphemiam enim sunt et execrabilia deo. Si deus plueret: numquid plueret in mare? Qualis inquit prouidentia: getulia sunt: et mare conpluit. Acute sibi vident tractare. Quibus dicendum est huius: **Getulia sunt: ut tu ne sitires.** **Bonum enim erat ut diceret deo: Anima mea velut terra sine aqua tibi.** **Quod alio loco apte dicit: Situit tibi anima mea quia multiplici tibi et caro mea.** **Et dominus in euangelio: Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur.** **Iste enim iam saturatus est qui talia disputat: et quasi doctus nisi videt: nec vult discere: ideo non sitit.** **Ita si sitiret: vellet discere: et inueniret: quia totum dei prudentia fit in terra: et etiam miraretur disposita membra pulicis.** **Attendant caritas vestra: Quis disposuit membra pulicis et culicis: ut habeant ordinem suum: habeant vitam suam: habeant motum suum: Et nam bestiolam breuem: minutissimam considera quam volueris: si consideres ordinem membrorum ipsius: et animationem vite qua mouetur: et pro se fugiat mortem: amat vitam: appetit voluptates: deuitat molestias: exercit sensus diuersos: viget in motu congruo sibi.** **Quis dedit aculeum culici quo sanguinem sugat: Quis tenuis fistula est qua sorbet: Quis disposuit ista: Quis fecit ista: Expauescis in minimis: lauda magnum.** **Hoc itaque tenete fratres mei: nemo vos de fide excutiat: et de sana doctrina.** **Qui fecit in celo angelum: ipse fecit in terra vermiculum: sed angelum in celo pro habitudine celesti: vermiculum in terra pro ha-****

Alta ista
t. peccataru.

